Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Nathan Chyträus

Nathanis Chytraei Grammatica Latina

Rostochi[i]: Richelius, 1698

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0001
DFG

19. a. 8.

Cd. 62 1-3.

C. II. d. 31/32 1-3.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0002
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746589670/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0004
DFG

NATHANIS CHYTRÆI

GRAMMATICA LATINA,

JAM ANTE

â

JOHAN. KIRCHMANNO

recognita, & variis observationibus illustrata,

Nunc

Denuô incudi reddita, â mendis, quæ irrepserant, repurgata, & Tractatu de Elegentiâ in compositione observandâ aucta.

IN USUM

SCHOLÆ LUBECENSIS.

ROSTOCHI,

Typis & Impensis JACOBI RICHELII,
Anno M DC XCVIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0005
DFG

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0006
DFG

LECTORI BENEVOLO SALUTEM.

POSTEAQUAM Lector benevole, Grammaticam Latinam à Clarissimo Domino Nathane Chytræo olim conscriptam, & à Clarissimo Domino Kirchmanno, in usum Scholæ Lubecensis, ante

complures annos illustratam & auctam, diversis in locis, nullâ curâ & diligentiâ adhibita excusam, bibliopolis nostris obtrudi, inque Scholam nostram irrepere animadverti; Inter alia, quæ varietas editionum peperit incommoda, diversitatem quoque pagellarum discentes non parum turbare, eorumque, dum inter docendum hanc vel illam paginam frustra quærere jubentur, profectum remorari, deprehendi. Quapropter ut huic malo remedium inveniretur, & discentes unà cum Præceptis Grammati-

cæ,

cæ, ad elegantiam quoque in scribendo affectandam ducerentur: placuit mihi prædictam Chytræo - Kirchmannianam Grammaticam, à plurimis mendis repurgatam, denuò prælo subjicere, simulque brevissimũ de Elegantia in stylo observandâ tractatum annectere, quem si in rem discentium juxta me-Grammaticâ hâc tibi commencum existimaveris, ut eum cum datum habeas, etiam atque etiã rogo. Bene vale Lector benevole, & fave. Dabam è museo meo Lubecæ ANNO 1649. Calend. Januarii.

M.S.M.L.

Quintilianus lib. 1. Instit. Orat. cap. 5. de Grammatic.

Quò minus sunt ferendi, qui hanc artem, ut tenuem ac jejunam cavillantur: quæ nisi Oratori futuro fundamenta fideliter jecerit, quicquid superstruxeris, corruet: necessaria pueris, jucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ vel sola omni studiorum genere plus habet operis, quam ostentationis.

JO-

JOHANNES CASELIUS.

De LUDO LITERARIO RECTE APERIENDO.

GRAMMATICA est tanquam filum Ariadnæ, atque dux vel potius perpetua comes peregrinantibus in Latinâ lingua, tanquam in longinquâ regione. Quare in Scholis puerilibus rectè fit, ut doceantur hanc artem tam utilem & necessariam tirones. Sed non omnes

eam rectè tradunt pueris: neque de iis dico, qui ipsam artem non teneant, quod de his quidem dubium nullum sit, sed qui optimè omnium callere existimantur. Primùm non deligitur Libellus Grammaticus, neque facilis neque brevis; sed, ut ipsi ajunt, plenior & perfectior, vel quem puer ipse versarit, vel quem ad arbitrium suum magister confecerit. Est enim utrumque judicium, & in iis esse, quæ semper tractaveris; & ea tractare, quorum quidam opifex esse videaris. Deinde

de

de singulis partium Orationis Accidentibus, quæ ita appellant Grammatici; de quorum etiam numero inter ipsos nunquam hactenus convenit, (neque vero etiam opus est admodum) docent, & quærunt ex discipulis nimis religiosè, quasi in Arithmetica, si in minimo numerorum erres, in universum à veritate aberâris, ita hic quoque fiat: quod longe secus se habet, neque non de iis ita subtiliter disputare quidam incipiunt, ut non in arte literaria, sed in divinâ Philosophiâ

versari, & se profiteri non Grammaticos, sed Logicos videantur. Quorsum enim facit accurata consideratio de Numero, de Tempore, item de aliis, horumque definitiones? Ita enim appellamus, quæ ne rectè quidem descriptiones dici queunt. Pertinent autem rerum investigatio & scientiæ ad Philosophum; de quibus Grammaticus frustra seipsum occupat & angit; frustra pueros suspensos tenet & cruciat. Imbecillitas enim ingeniorum puerilium hujusmodi quædam non

non capit, etiamsi Magister præclarè intelligat, & subtiliter ipse philosophetur. Aliam præterea multi adhibent diligentiam supervacaneam in locis Scriptorum veterum, qui in libellis Grammaticis citantur, perquirendis & explicandis. Illi indagatores unius voculæ aut versus, præterquam quod jacturam faciunt bonarum horarum gravem, perinde in gravissimis Scriptoribus versari mihi videntur, ut in magnifica domo atriensis, qui vasis aureis & argentis neglectis sparsa per aream officula, vel nu-

nuces cassas, sedulò & colligat & custodiat. Neque in Grammaticis præceptis interpretatio Scriptorum locum habet, de qua dicemus postea, & amussis quædam est Grammatica, qua utitur faber, non ædivicium aut ipsa ædificatio, quod infra fiet planius. Reprehendi ingentia Grammatica, quæ teneris ingeniis oneri sint & ipsa deprimant; neque injuria, ut arbitror: sed magis reprehendi debet quorundam perversum studium, qui neque contenti multitudine illa præceptorum unius

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0016
DFG

us libri, Priſcianum, Diomedem, Linacrum, quicquid eſt veterum & recentium, bonorum & nihili Grammaticorum, in unum locum comportant, & magnum acervum Grammaticorum velut ante pedes exſtruunt: ut qui domum ædificet, convehat quantum poſſit trabium, recens ſectarum, carioſarum, longarum, brevium, rectarum, curvarum, nodoſarum: ut altam lignorum ſtruem, idque maximam partem inutilium ante oculos habeas. Neque hoc prætereundum eſt,

omnes

omnes modos loquendi ad regulas à quibusdam referri, vel ex quoque horum novam regulam confici: quod ut fortasse rectum, ita minimè necesse sit. Nam quæ simpliciter sineque causa disci possunt, quid attinet ea rationibus non necessariis fulta, & multis ambagibus tecta, proponere? Sane si cui monstras viam, non in omnia vestigia digitum intendis: neque enim minus tibi, quàm viatori molestus fueris & gravis. Persequi auten omnia, in quibus multos errare existimem, qui do-

docent Grammatica, neque necesse est, neque velim, neque possim, cum multæ aliorum prævæ rationes me fugiant, & errorum numerus definiri ulla in re vix possit. Non possum non hoc attingere, quod & discentibus obstat plurimùm: non dico jam multitudinem Canonum, sed Figuras Constructionis quam plurimas, ubi sufficerent paucæ, quæ, ut *ipsis Nominibus* monstrosæ sæpe sunt, ita obscuræ ipsarum definitiones, ut faciliùs, quæ ex tripode Pythia profatur, intelligas. Sed quid

tu

tu tantum carpis inquies: Quo igitur modo Grammaticam doceri jubes? Vim universæ hujus artis potissimam in inflexione dictionum consistere arbitror: in qua puerum ita exerceri velim, ut sit exercitatissimo promptior: præceptionibus verò & regulis oneretur, quam fieri potest, pauciſſimis: statimque deducatur ad intelligendos Latinos Scriptores.

GRAM-

GRAMMATICA LATINA.

LIBER I.

DE ORTHOGRAPHIA.

Cap. I.

De Grammaticæ Definitione & partibus.

GRAMMATICA est certa loquendi & scribendi ratio.

Partes Grammaticæ sunt quatuor: Orthographia, Prosodia, Etymologia, & Syntaxis: *quæ differunt objectis, seu materia circa quam:*

Orthographia enim versatur circa literas.

Prosodia circa syllabas.

Etymologia circa singulas dictiones.

Syntaxis circa dictiones conjungendas, seu integram orationem.

Cap. II.

De Orthographia.

ORTHOGRAPHIA est Pars Grammaticæ

quæ literarum discrimina & scripturam docet, ut: *Equus per* e, ein Pferd/ *Æquus per* æ, billig/ *Verus per* v, wahr/ *Ferus per* f, wild/ *Cedo per* e, ich weiche/ *Cædo per* æ, ich schlage.

Literæ sunt tres & viginti: A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z, *ex quibus* H *aspirationis nota est*, K *Latinis supervacaneum est*, Z *&* Y *non nisi in Græcis dictionibus usurpantur.*

Literæ dividuntur in Vocales & Consonantes.

Vocales sunt quinque: A, E, I, O, U, & Y Græcum.

Ex Vocalibus conflantur Diphthongi quatuor: Æ, ut *ævum*. OE, ut *fœdus*. AU, ut audio. EU, ut *Eurus*, & antiqua diphthongus EI, *Parteis*, *omneis*, *hei*, *eia*.

Reliquæ literæ sunt septendecim Consonantes: B, C, D, F, G, H, K, L, M, N, P, Q, R, S, T, X, Z.

J & V, cum syllabam inchoant sequente vocali, fiunt consonantes, ut: *juvo*, *vivo*: J dicitur Jod, V verò dicitur Vau.

Mutæ sunt novem: B, C, D, F, G, K, P, Q, T,

Semivocales sunt septem: L, M, N, R, X, Z.

Semivocales dividuntur in Liquidas & Duplices.

Li-

Liquidæ sunt quatuor, L, M, N, R.

Duplices sunt X, Z, & J positum inter duas Vocales, in una eademque dictione, ut: *Major.*

(Hæc enim vim habent duarum consonantium, & in duas consonantes resolvuntur, X resolvitur in CS, vel GS, ut *dux ducis*, *rex regis*, Z resolvitur in SS, ut: *patrizo*, *patrisso*, J resolvitur in ij, ut: *aijo*, *maijor*, *antiquè*.)

Cap. III.

De Observationibus ad Orthographiam Spectantibus.

I. Duplices sunt figuræ literarum: Majusculæ, ut A, B, C, D, &c. Minusculæ, ut, a, b, c, d, &c.

II. Semper nova periodus à majuscula litera est inchoanda.

III. Nomina propria, item Nomina officiorum, dignitatum, artium, festorum, &c. majusculis literis ab initio scribuntur, ut: *Petrus*, *Consul*, *Deus*, *Doctor*, *Grammatica*, *Pentecoste*.

IV. Cum consonantes geminantur, prior ad præcedentem syllabam, posterior ad sequentem pertinet, ut:

il-	*mam-*	*an-*	*as-*	*rol-*
le.	*ma.*	*nus.*	*ser.*	*lo.*

V. Consonans inter duas vocales posita, ad posteriorem vocalem pertinet, ut:

a-	*a-*	*po-*	*pa-*	*de-*	*nu-*
mo.	*go.*	*to.*	*ter.*	*mus.*	*mus.*

VI. Derivativa sequuntur primitivorum scripturam, ut: *Gratia* per t scribitur, quia est à gratus, *Ratio* per t, quia est à ratus, *Audacia*, *Judicium*, *Pernicies*, *Internecio*, *Amicior* per c, quia fiunt ab audaci, Judici, neci, amici. Ita *Quatio* per t scribendum est, *Facio* per c, quia secunda persona est *quatis*, *facis*.

Sic scribendum est:

a-gmen.	*a-ctum.*	*te-gmen.*	*te-ctum.*	*do-ctrina.*

quia *a* in Ago, *te* in Tego, *do* in Doceo syllabam constituunt.

VII. Consonantes, quæ in principio conjungi possunt, in medio ne separentur, ut:

no-ster.	*a-ptus.*	*i-gnis.*	*o-mnis.*	*di-phthongus.*	*Era-smus.*	*nu-squam.*

Nam dicimus: *Sto, Ptolomæus, Gnarus, Mnestheus, Ctesipho, Diphthongus, Smegma, Squalor.*

VIII. Præpositiones separentur à dictione, cum qua componuntur, ut:

de-spicio.	*re-spondeo.*	*praeter-eo.*	*abs-temius.*	*pros-odia.*

Quocirca in fine versus non est scribendum, Des, & in principio proximi, picio, sed De-spicio; *sic de cæteris. Eademq; ratio in pronunciatione quoque servanda erat.*

IX. *Adverbia* cum Nominibus aut Pronominibus coincidentia, & *præpositiones* sine casu positæ discriminis causâ in ultima syllaba gravi accentu notentur, ut: *malè, pejùs, pessimè, quàm olim, cùm, tùm* pro &, *antè, pòst, infrà, suprà.*

De

PROSODIA

Infrà.

LIBER II.

DE ETYMOLOGIA.

CAP. I.

De partibus Orationis & communibus illarum Accidentibus.

ETYMOLOGIA est pars Grammaticæ, quæ ſpecies dictionum earumque accidentia tradit.

Sunt autem ſpecies dictionum (quæ & Partes orationis vocantur) octo: *Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Conjunctio, Præpoſitio, & Interjectio.* Harum quatuor priores dicuntur *Declinabiles*, quatuor poſteriores *Indeclinabiles.*

Communia dictionum Accidentia ſunt Species & Figura.

Species eſt, quâ dictio unaquæque vel eſt Primitiva, vel Derivativa.

Primitiva eſt, quæ non aliunde derivatur, ut: *Schola, Ego, Clamo, Sæpe.*

Derivativa eſt, quæ aliunde originem trahit, ut: *Scholaſticus, Noſter, Clamito, Sæpiuſculè.*

Figura eſt, quâ dictio unaquæq; vel Simplex eſt, vel Compoſita.

Simplex Figura est, quæ ex nullis aliis partibus componitur, ut: *Justus*, *Ego*, *Lego*, *Dico*.

Composita Figura est, quæ duabus vel pluribus, constat, ut: *Injustus*, *Egometipse*, *Recolligo*, *Interdico*.

Cap. II.

De Nomine, & ejus Divisione.

Nomen est, quô res nominatur, & cui Germanicè præponi potest, ein/ der/ die/ das/ ut: *Homo*, ein Mensch / *Vir*, der Mann / *Nox*, die Nacht/ *Lumen*, das Licht.

Nomen est duplex: Substantivum & Adjectivum.

Substantivum est, cui Germanicè non potest addi, Mann/ Frau/ Ding/ ut: *Homo*, *Equus*.

Substantivum est duplex: Proprium & Appellativum.

Proprium nomen est, quod uni soli convenit, ut: *Lubeca*, *Petrus*, *Bucephalus*.

Appellativum est, quod multis commune est, ut: *Civitas*, *Homo*, *Fluvius*.

Adjectivum est, cui Germanicè addi potest, Mann/ Frau/ Ding/ ut: *Bonus Vir*, ein guter Mann / *Bona Mulier*, eine gute Frau / *Bona res*, ein gut Ding.

Adjectivum est triplex: Nominale, ut:

Bo-

Bonus, Pronominale, ut: *Meus*, Participiale, ut: *Legens*.

Nomini accidunt septem; Genus, Numerus, Casus, Declinatio, Comparatio, Figura, Species.

Cap. III.

De Generibus Nominum ex Significatione.

Genera Nominum sunt quinque.

1. Masculinum	cujus nota est	*Hic.*
2. Fœmininum		*Hæc.*
3. Neutrum		*Hoc.*
4. Commune		*Hic & Hæc.*
5. Omne		*Hic, Hæc, & Hoc.*

(His additur vulgò *Epicœnum*, hoc est, promiscuum, quod uno genere, vel Masculinô, vel Fœmininô utrumque sexum complectitur, ut: *hic Passer, hæc Aquila, hic Lucius pro pisce, hic Lacertus* amphibium, masculum & fœminam significant.

Et *Dubium*, de quo Autores variant, ut: *hic Dies, vel hæc Dies.*)

Genera Nominum cognoscuntur duobus potissimùm modis.

1. Significatione, ex Regulis Generalibus, ut: *Ludimagister, nutrix*, &

2. Terminatione, ex Regulis Specialibus, ut: *hæc Penna.*

REGULÆ GENERALES.

Regula I.

De Genere Masculino.

Virorum, & quæ viris conveniunt, Mensium

ſium, Ventorum, & Fluviorum nomina ſunt generis Maſculini.

Virorum, ut: *Johannes, Elias, Daniel*, Item *Quæſtor, Ædilis, Prætor, Conſul.*

2. Menſium, ut: *Januarius, Aprilis, September, &c.*

3. Ventorum, ut: *Eurus, Zephyrus, Auſter, Aquilo.*

4. Fluviorum, ut: *Rhenus, Albis, Nicer.*

Excipiuntur hæc Fœminina: *Allia, Styx, Lethe, Matrona, Lupia, Sequana, Druentia, Albula, & Moſella*, ſunt Generis Communis. *Jader* Neutrum eſt. *Nar* Maſculinum & Neutrum eſt.

Pertinent huc Angelorum, Deorum Gentilium, Equorum, Canum maſculorum, Montium nomina, ut: *Gabriel, Jupiter, Mammona, Pyrois, Melampus, Helicon.*

Regula II.

De Genere Fœminino.

Mulierum & quæ mulieribus tantùm conveniunt, Regionum, Urbium, Inſularum & Arborum nomina ſunt generis Fœminini.

Mulierum, ut: *Sara, Judith, Eſther, Mater, Soror, Obſtetrix, Nutrix.*

Regionum, ut: *Germania, Ægyptus.*

Urbium, ut: *Carthago, Lacedæmon, Corinthus, Lubeca.* In-

Insularum, ut: *Cyprus*, *Samus*, *Chios*, *Delus*. Arborum, ut: *Ficus*, *Malus*, *Pirus*, *Prunus*, *Quercus*.

Excipiuntur I. Urbium & Regionum nomina in UM, UR, & E finientia, ut & in A, pluralia tantûm, quæ neutra sunt, ut: *Comum*, *Ilium*, *Tibur*, *Anxur*, (quod quoque Masculinum est,) *Reate*, *Cere*, *Præneste*, *Belgium*, *Latium*, *Illyrium*, *Susa*, *Bactra*.

Et in I pluralia Masculina, ut, *Gabii*, *Philippi*.

Et Masculina singularia, ut: *Sulmo*, *Narbo*, *Acragas*, *Hippo*, *Croto*, *&c.* Item in ûs, ut: *Pessinûs*, *Daphnûs*, *Hierichûs*.

II. Arborum quædam nomina, ex quibus Masculina sunt: *Oleaster*, *Piraster*, *Rubus*, *Dumus*, *Spinus*.

Neutra sunt: *Acer*, *Robur*, *Siler*, *Suber*.

Pertinent huc Dearum gentilium, Musarum, Gratiarum, Parcarum, Harpyarum, Syrenum, Furiarum, Equarum item & Canum fœminarum nomina, ut: *Juno*, *Pallas*, *Cleio*, *Thalia*, *Atropos*, *Aëllo*, *Parthenope*, *Tisiphone*, *&c.*

Regula III.

De Genere Neutro.

Nomina Literarum & Syllabarum sunt generis Neutrius.

Ut: *O magnum*, *O parvum*. Item Adver-

bia, ut: *Clarum manè, Heſternum cras.* Et quæ τεχνικῶς, non ſignificativè, ſed pro ſola voce uſurpantur, ut: *Tuum ſcire, triſte vale, langui triſyllabum, Cæſar diſſyllabum.*

Regula IV.

De Generi Communi.

Communia quædam pro diverſitate ſexûs diverſis Adjectivis in utroque genere junguntur, ut:

Antiſtes, Vates, Adoleſcens, Autor & Augur.
Dux, Judex, Cuſtos, Teſtis, Civisq, Sacerdos.
Municipi adde *Parens, Patrueli, Affinis & Hoſtis.*
Bos, Canis, Interpres, Par, Conjux, Miles & Hæres.
Sus, Juvenisq, Familiaris, Martyr, Comes, Infans.
Hoſpes, Nemo, Opifex, Index cum Principe Vindex.

Excipe *mancipium*, pro ſervo aut ancillâ, quod neutrum eſt.

Regula V.

De Generi Omni.

Omnia Nomina Adjectiva ſunt generis Omnis.

Sed horum alia tres terminationes habent, quarum prima eſt Maſculini, ſecunda Fœminini, tertia Neutrius generis, ut: *Hic Pulcher, hæc pulchra, hoc pulchrum.*

Alia duas, qvarum prior eſt generis Communis, poſterior generis Neutrius, ut: *Hic & hæc fortis, & hoc forte.*

Alia una tantùm, quæ eſt generis Omnis, ut:

ut: *Hic & hæc & hoc felix, Anceps, Cicur, Discolor, Hebes, Par, Præcox, Teres, Trux, Uber, Vetus, Sospes, Dives, Deses, Impos, Compos, Bipes, Degener, Pauper, &c.*

Numeralia quoque Nomina à quatuor ad centum & generis Omnis & indeclinabilia sunt & pluralis numeri tantum, ut:

Quatuor, Quinque, Sex, Septem, Octo, Novem, Decem, Undecim, Duodecim, Tredecim, vel Decem & tres, Quatuordecim, Quindecim, Sedecim & Sexdecim, Septendecim, Octodecim, vel Duodeviginti, Novendecim, vel Undeviginti, Viginti, Viginti unus; vel Unus & viginti; Viginti duo, Viginti tres, Viginti quatuor, Viginti quinque, Viginti sex, Viginti septem, Viginti octo, Viginti novem, Triginta, Quadraginta, Quinquaginta, Sexaginta, Septuaginta, Octoginta, Nonaginta, Centum. Ut autem *Duodeviginti, & Undeviginti*: Sic *Duodetriginta, & Undetriginta, Duodecentum, & Undecentum* dicimus. Sic *Tot, Totidem, Quot, Quotcunque, Aliquot.*

Reliqua declinantur: *Unus, una, unum*: *Duo, duæ, duo*: *Hi & hæ Tres, hæc Tria.* Sic *bini, binæ, bina*: *Terni, ternæ, terna*: *Quaterni, æ, a*: *Quini, æ, a.*

Sic & Composita à Centum: *Ducenti, æ, a*, Sic *Trecenti, Quadringenti, Quingenti, Octingenti, Nongenti, Mille, bis mille, vel duo millia.*

Mille Adjectivum indeclinabile est plurale tantum & generis Omnis, ut: *Mille, Bis Ter Quater Mille viri, Mille virorum, Mille viris, &c.* Sic *Mille fœminæ, Mille fœminarum, &c.* Sic *Mille animalia, Mille animaliũ, Mille animalibus.*

Mille Substantivum singulari numerô indeclinabile est & generis Neutrius, ut: *Mille equitum circum se habuit.* In plurali numero, sic declinatur: *Millia; Duo Tria Quatuor Millia, millium, millibus, &c.*

CAP.

Cap. IV.

De Generibus Nominum ex Terminatione.

REGULÆ SPECIALES.

A.

In A Primæ Declinationis Fœminina sunt, ut: *Palma, Collecta, Drachma.*

Excipiuntur.

I. Græca in TA ferè Masculina sunt, ut: *Cometa, Planeta, Spartiata, Poëta, Idiota.*

II. Verbalia in A, & personam significantia, ut: *Incola, homicida, parricida, verna, indigena, advena, conviva, collega, hæredipeta, perfuga, auriga, scurra, pincerna, &c.* potius Masculina sunt, quàm communia.

III. Græca in MA tertiæ declinationis Neutra sunt, ut: *Poëma, Paradigma, Smegma, &c.* quibus *adde Pascha Pascbatis.*

IV. In A pluralia tantùm Neutra sunt, ut: *Arma, mœnia, &c.* vide defectiva, p. 45.

E.

In E primæ declinationis Græca sunt & fœminina, ut: *Epitome, Pentecoste, Psyche.*

In E tertiæ declinationis Neutra sunt, ut: *Cubile, mare, monile.*

Pluralia contracta in E sunt generis Neutrius, ut: *Cete, mele, tempe.*

In

In Æ pluralia tantùm sunt Generis Fœminini, ut: *Nugæ*, *tenebræ*, &c. vide defectiva, pag. 45.

I.

In I Neutra sunt, ut: *Gummi*, *sinapi*, qvæ tamen & *gummis* & *sinapis* leguntur genere Fœminino. Hi obliqvi casus, *Frugi*, *Nauci*, *Nihili*, omnium generum nominibus apponuntur, tanquam adjectiva, ut: *Servus frugi*, *vita severa & frugi*, *mancipium frugi*, *res nihili*, *res nauci*.

In I pluralia tantùm Masculina sunt, ut: *Cani*, *Cancelli*, &c. de qvibus consule defectiva, pag. 44.

O.

In O Masculina sunt, ut: *Sermo*, *ardelio*, *homo*, &c.

Excipiuntur I. Quæ in DO aut GO desinunt hyperdissyllaba penultimâ longâ, Fœminina sunt, ut: *Dulcedo*, *caligo*, *ferrugo*, *vertigo*, *imago*, &c. Item: *Grando*, *Virgo*, *Caro*, dissyllaba, præter *Ordo*, *cardo*, *ligo*, *margo*, *harpago*, quæ Masculina sunt; *Margo* interdum quoque Fœmininum est.

II. In IO verbalia iisq; affinia Fœminina sunt, ut: *Lectio*, *ambitio*, *factio*, *legio*, *concio*, *unio*, *talio*, *ditio*, *communio*, *portio*, *perduellio*.

Ex-

Excipe: *Pugio, Scipio, Titio, Vespertilio, unio pro Margarita, duernio, ternio, quaternio, &c.* quæ sunt Masculina, quia non sunt verbalia.

III. Sunt & Fœminina Græca in O longum, ut: *Echo, Argo.*

IV. *Pondo* Neutrum est & indeclinabile.

U.

In U Neutra sunt, ut: *Cornu, Genu, Veru,*

T.

In Y Græcum desinentia Neutra sunt, ut: *Moly, herbæ nomen.*

C.

In C Neutra sunt, ut: *Halec, Lac.*

AL.

In AL Neutra sunt, ut: *Tribunal, Vectigal. Sal*, sæpius est masculinum, interdum Neutrum. In plurali Masculinum tantùm.

EL.

In EL, præter propria, Neutra sunt, ut: *Fel. Mel.*

IL.

In IL Neutra sunt, ut: *Nihil, nil, sil.*

Excipe Muscula, *Mugil piscis nomen, pugil, vigil, Strigil (seu potius strigilis)* Fœmininũ est.

OL.

In OL unicum est Latinum & Masculinum, ut: *Sol, cujus plurale est soles, pro diebus.*

UL.

In UL Masculina sunt, ut: *Exul, &c.*

UM.

UM.

In UM Neutra sunt, ut: *Vinculum, Symbolum, &c.*

AN.

In AN Græca sunt & Masculina, ut: *Titan, pæan.*

EN.

In EN Neutra sunt, ut: *Flumen, lumen, examen, tegmen, &c.*

Excipiuntur: *Lien, splen, ren, pecten, hymen, lichen, attagen: & à cano composita, ut: fidicæn, tibicen, tubicen, cornicen*, quæ Masculina sunt.

IN.

In IN masculinum est, ut: *Delphin.*

ON.

In ON secundæ declinationis, quæ latinè in UM desinunt, Neutra sunt, ut: *Symbolon, idŏlon, epitheton, distichon, colon, lytron, sympŏsion, plectron, barbiton, &c.*

In ON tertiæ declinationis pleraq; Masculina sunt, ut: *Canon, demon, agon, gnomon, horizon.*

Excipe *Icon*, quod Fœmininum est, sicut & *Sindon, Aëdon, halcyon.*

AR.

In AR Neutra sunt, ut: *Laquear, calcar, far, par* Substantivum, *baccar, epar, lacunar, lupanar, nectar, pulvinar, subligar, torcular, jubar.*

Lar Masculinum est.

ER.

In ER Masculina sunt, ut: *Ager, agger, liber,*

re-

vesper, crater, carcer, alabaster, imber, cancer.

Excipe 1. *Linter* commune, sed sæpius Fœminium est, sicut & *diameter, perimeter*, fœminina sunt.

2. Neutra: *Cadaver, iter, cicer, & piper, atque papaver, Ver, siler, & suber, cum verbere, tuber & uber, Zingiber atque laser, spinter, siser* addito *laver.*

Plinius etiam *tres siseres* dixit.

Tuber pro pomi genere Masculinum est, pro arbore ipsa Fœmininum. Pro callo terræ vel tumore neutrum.

IR.

In IR Masculinum est, ut: *Vir cum compositis, levir, semivir, decemvir, &c.* Ir *pro manus concavitate neutrum est & defectivum.*

OR.

In OR Masculina sunt, ut: *Amor, honor, furor, color, lepor, &c.*

Excipe 1. Fœminina, *Arbor, Soror, Uxor.*

2. Neutra sunt, *Ador, cor, æquor, marmor.*

UR.

In UR Neutra sunt, *Ebur, sulphur, jecur, guttur.*

Excipe: Masculina sunt, ut: *Furfur, vultur, fur, turtur.*

AS.

In AS primæ Declinationis Masculina sunt, ut: *Tiaras.*

In

In AS tertiæ Declinationis Fœminina sunt, ut: *Civitas, bonitas, castitas, lampas, olympias.*

Excipe 1. Masculina: *As, mas, adamas, elephas, gigas, vas vadis.*

2. Neutra: *vas vasis, fas, nefas, artocreas, erysipelas.*

ES.

In ES primæ Declinationis Masculina sunt, ut: *Pyrites, absinthites, sorites, &c.*

In ES tertiæ Declinationis Fœminina sunt, ut: *Seges, vehes, fides fidis, merces, compes, teges, quies, fames, lues, tabes, &c.*

Excipe 1.

Masculina sunt: *Aries, Paries, palmes, cum limite, stipes, Et fomes, trames, termes cum gurgite, cespes. Pes, tudes, atque ames, trudes* queis jungito *poples.*

2. Græca etiam, ut: *Lebes, tapes,* Masculina sunt; sicut & *bes, magnes, sonipes pro equo. Ales pro ave* est generis Communis.

Æs æris, Neutrum est, cui adde *Hippomanes & cacoéthes.*

In ES quintæ Declinationis Fœminina sunt, ut: *Fides fidei requies, iei.*

Dies *singulari numero Masculinum & Fœminum est, plurali tantum Masculinum. Meridies, Masculinum est, & singularis numeri tantum.*

IS.

In IS cum Græca, tum Latina Fœminina sunt, ut: *Amussis, cutis, cassis, cassidis, paropsis, pixis, pyramis, lis, &c.*

Exceptio.

Masçula sunt: *Panis, penis, crinis, cinis, ignis. Funis, cum vecti, piscis, fascis, lapis, amnis. Sic fustis, postis, sic axis, vermis, & unguis. Et collis, follis, callis, glis, sanguis, & ensis. Et mensis, torris, cum vomere, pulvis, & Orbis. Majalis, cum natali, rivalis, aqualis. Hinc cucumis, caulisque, assis, cum prole jugalis. Ut: semissis, centussis.*

Communia fere sunt: *Anguis, clunis, torquis, finis, corbis, scrobis, canalis.*

YS.

IN YS per ypsilon Græca sunt & Fœminina, ut: *Chlamys, chelys, pelamys, &c.*

OS.

In OS Masculina sunt, ut: *Flos, lepos, honos, labos, vapos,* (*pro lepor, honor, labor, vapor, &c.*)

Excipe 1. Fœminina sunt: *Arbos* (*pro arbor*) *cos, dos, glos, eos.*

2. Neutra sunt: *Os ossis, os oris, telos, melos, chaos, epos.*

US.

1. In US secundæ declinationis Masculina sunt, ut: *Ventus, annus, dominus, &c.*

Excipiuntur 1. hæc fœminina: *Alvus, vannus, humus, & arborum nomina in* US, *ex generalibus regulis nota.*

2. Etiam Græca pleraque, ut: *Papyrus, periodus, synodus, arctus, eremus, abyssus, antidotus, dialectus, lecythus, diphthongus, methodus, exodus, & similia. Paradisus* Masculinum est.

3. Sunt

3. Sunt & fœminina Gemmarum nomina pleraque, ut: *Amethyſtus, cryſtallus, hiacinthus, ſapphyrus, chryſolithus, &c.*

4. Neutra ſunt: *Pelagus & virus. Vulgus* Neutro ſæpiùs, quàm Maſculino genere uſurpatur.

5. Communia ſunt: *Barbytus, Rubus, Groſſus, Phaſelus, Pampinus, Carbaſus, &c.*

II. In US tertiæ Declinationis, quæ U in obliquis retinent, fœminina ſunt, ut: *palus palûdis, pecus pecudis, ſalus ſalûtis, tellus tellûris, &c.*

Excipe monoſyllaba, quæ Neutra ſunt, ut: *Crus, jus, pus, rus, thus, plus,* præter *mus,* quod maſculinum eſt, & *grus* quod commune.

III. In US tertiæ declinationis, quæ U in obliqvis mutant, Neutra ſunt, ut: *Acus, aceris, pecus, pecoris, &c.*

Excipe *Lepus leporis,* qvod Maſculinum eſt: Sicut & *á πῆς* Compoſita, ut: *Tripus, Apus, Chytropus,* præter *Lagopus* fœmininum.

IV. In US quartæ declinationis Maſculina ſunt, ut: *Fructus, miſſus, viſus, &c.*

Excipe Fœminina: *Acus, manus, tribus, domus, porticus & idus,* ac *Quinqvatrus,* pluralia.

Penus & Specus communia, *Ficus,* pro arbore & fructu fœmininũ eſt & ſecundæ ac quar-

tæ: pro Morbo, Masculinum & secundæ Declinationis.

AUS.

In AUS Fœminina sunt, ut: *Laus, fraus,* S. præcedente consonâ.

Quæ in BS, LS, MS, NS, PS, RS, desinunt, Fœminina sunt, ut: *Trabs, puls, byems, frons frondis, frons frontis, seps, ars.*

Excipe Masculina: *Mons, pons, fons, dens, seps pro serpente, chalys, merobs, hydrops, gryps, manceps, torrens, triens & cæteræ assis partes, ut dextans, dodrans, quadrans. Bidens pro sarculo: nam pro ove fœmininum est.*

Communia sunt: *Scrobs* (quod & *Scrobis,*) *Adeps, serpens.*

Neutra sunt: *Ens, accidens, antecedens, consequens.*

(Strips, *pro progenie Fœmininum, pro trunco Masculinum & Fœmininum est.* Animans *pro animali est generis omnis, sæpius tamen fœmininum est.)*

T.

In T. Neutra sunt, ut: *Caput, cum compositis, occiput, synciput.*

X.

In X Fœminina sunt, ut: *Fax, pax, fornax, climax. Fex, lex, suppellex, carex, vibex, forfex, halex, Cornix, cervix, lodix, radix, filix, fulix, perdix, nix, pix, cicatrix, coxendix, appendix. Nox, vox, Lux, nux, Styx, Falx, Lanx, arx, sphinx, phalanx, Faux, calx, &c.* Ex-

Exceptio.

Masculina sunt: *Thorax, & apex, codexque frutexque.*
Grex, verbex, murex, sorex, cimexq̃, pulexque.
Atque culex, ramex, podex, cum pollice, vertex.
Deinde *latex, vortex, remex, fornixque, calixq̃.*
Et phœnix, bombyx, spadix, his adjice *sandyx.*
Anthrax & dropax addas, *cum traduce, volvox.*
Esox, atq̃ calyx, & onyx, cum lucida gemma est.
Qvibus addi possunt: *Nyctlicorax, arctophylax, cordax, Harpax, colax, dioryx, styrax, rumex, &c.*

Cap. V.

De Numeris & Casibus Nominum.

Numeri nominum sunt Duo: Singularis, ut: *Magister.* Pluralis, ut: *Magistri.*

Casus nominum sunt sex: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, & Ablativus. *Ex his Nominativus & Vocativus vocantur* Recti; *cæteri Obliqui.*

REGULÆ DE CASIBUS.

1. Vocativus similis est Nominativo in utroque numero (*Excepta terminatione AS & ES in declinatione prima: US & EUS in secunda.*)

2. Neutra habent tres casus similes in utro-

quæ numero, & quacunque declinatione, videlicet Nominativum, Accusativum & Vocativum, qui casus in plurali semper desinunt in A, ut: *Scamnum, Pectus, Cornu; Scamna, Pectora, Cornua.*

3. Dativus & Ablativus plurales ubique similes sunt, ut: *his & ab his Musis, Magistris, Sacerdotibus, Fructibus, Speciebus.*

4. Genitivus pluralis priorum quatuor declinationum aliqvando admittit Syncopen seu Contractionem.

In prima, Patronymica & composita à *gigno & colo: Dardanidûm, Terrigenûm, Cœlicolûm,* pro ARUM.

In secunda: *Nummûm, Sestertiûm, Divûm, Septenûm, Magnanimûm,* pro ORUM.

In tertia in Nominibus in ANS & ENS, ut: *Amantûm, parentûm. &c.* Apud Oratores verò IUM ab NS frequentius, &c.

In quarta, ut: *Nurûm, passûm, currûm,* pro UUM.

5. *Unus, solus, totus, ullus, nullus, alius, uter, alter, neuter, alteruter, uterque, utervis,* in omni genere Genitivum per IUS, Dativum per I faciunt. Et hi Genitivi in IUS extra versum I longum habent, præter *Alterius,* quod semper I corripit, de quo versus:

Corripis Alterius, semper producis Alius.

Cap.

Cap. VI.

De Declinatione Prima.

Declinationes Nominum sunt quinque.

Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta	cujus Genitivus definit in	Æ ut *Musæ.*
		I ut *Magistri.*
		IS ut *Arboris.*
		US ut *Fructus.*
		EI ut *Fidei.*

1. Prima Declinatio complectitur quatuor terminationes, videlicet: A, AS, ES, & E. a, ut: *Schola.* as, ut: *Elias.* es, ut: *Anchises.* e, ut: *Epitome.* Ex quibus *A est Latinorum: AS, ES & E. Græcorum.*

2. Genitivus in Æ definit, Græca verò terminatio in E Genitivum per ES facit, ut: *Epitome, Epitomes.*

In A Fœminina interdum apud Poëtas habent in Genitivo AI vel AS, ut: *Aulai*, pro *Aulæ, Auras*, pro *auræ*, imitatione Græcorum. Unde Genitivus *Familias* mansit in his compositis: *Pater-familias, Mater-familias. Cicero tamen dixit, patribus familiarum, 7. Attic. 14.*

3. Accusativus definit in AM, exceptis quibusdam peregrinis, in AS & AN, ut: *Æneas.*

Æneas habet in Accusativo Æneam & Æneam, Sic: *Iphigenia, am & an: Maja, am & an. Anchises habet in Accusativo Anchisen: Sed*

Atrides habet Atriden, am & an; Scipiades, den, dam, & dan: & alia quædam, potissimùm verò patronymica.

4. Vocativus est similis Nominativo, sed è Nominativo in AS & ES abjicitur S, ut: *Æneas*, ô *Ænea*, *Anchises*, ô *Anchise*.

5. Hæc Dativum & Ablativum pluralem in primâ Declinatione faciunt per ABUS.

Filia, nata, dea, liberta, equa, mula, dua, amba.

(Quibus addunt alii hæc: *Asina, famula, dua, amba: socia, anima*, quæ tamen etiam in IS desinentia leguntur.)

CAP. VII.

De Secunda Declinatione.

1. SECUNDA DECLINATIO habet terminationes sex: ER, IR, UR, US, EUS, UM; er, ut: *Magister*. ir, ut: *Vir*. ur, ut: *Satur*. us, ut: *Dominus*. eus, ut: *Orpheus*. um, ut: *Verbum*.

Est & Græca terminatio in OS Masculini vel Fœminini, ON Neutrius generis, ut: *Androgeos, Samos, Evangelion, Enchridion*.

2. Qvædam in ER in Genitivo crescunt, ut: *Adulter adulteri, armiger armigeri, asper asperi, dexter dexteri, gener generi, lacer laceri, Liber Liberi pro Baccho, & liber liberi, adjectivum, miser miseri, prosper prosperi, socer soceri, signifer signiferi, tener teneri, Lucifer luciferi, gibber gibberi, puer pueri, Celtiber celtiberi, presbyter presbyteri,*

byteri, exter exteri, &c. His adde, quæ desinunt in IR & UR, ut: *Vir viri, fatur faturi.*

Quædam in ER, & quæcunque in US & UM desinunt, non crescunt in Genitivo, ut: *Aper aperi, auster austri, cancer cancri, faber fabri, liber libri, Dominus domini, vafer, vafri, verbum verbi, &c.*

3. Propria in EUS, ut: *Orpheus*, faciunt Genitivum in *eî* & *ei*; ut: *Orphei & Orphei*; *Ilioneus eî & ei, &c.* Dativum in *o* & *ei*, ut: *Orpheo & Orphei Græcè.* Accusativum in UM & A, ut: *Orpheum & Orphea, &c.*

4. Vocativus secundæ Declinationis similis est Nominativo, in terminationibus ER, IR, UR, & UM, ut: *ô Magister, ô Vir, ô Satur, ô Scamnum.*

Ab US fit Vocativus per E, ut: *Dominus ô Domine.* At *Deus* habet in Vocativo *Deus*; (*Prudentius tamen in Hamartigenia* v. 739. *ex Græco fecit Dee*, ut: O Dee cuncti parens, animæ dator: O Dee Christe,) *Meus* Pronomen habet in Vocativo, *Mi.*

Propria in IUS faciunt Vocativum in I, ut: *Gregorius Gregori, Lucius Luci, cum est Prænomen, Pompejus Pompei, &c.*

Appellativa in IUS, faciunt Vocativum per E, ut: *Secretarius secretarie, lucius* (*pro eo, qui*

prima luce natus; item propisce) lucie; Sic: Socius-ie, lanius-ie, statuárius-ie, tabellarius-ie, nummularius-ie, &c.

Excipe, *Filius* quod habet in Vocativo *Fili*, *& genius, geni.*

Positivi quoq; nominum Adjectivorum in IUS, faciunt Vocativum in E, ut: *Eximius eximie, pius pie.*

Ab EUS fit Vocativus per EU, ut: *Orpheus Orpheu, Ilioneus Ilioneu, Tydeus-eu, Prométheus-eu, Epimetheus-eu.*

Cap. VIII.

De Tertia Declinatione.

Tertia Declinatio his decem literis terminatur: A, E, O, C, L, N, R, S, T, X, a, ut: *Poëma.* e, ut *cubile.* o, ut *sermo.* c, ut *lac.* l, ut *mel.* n, ut *nomen.* r, ut *pater.* s, ut *cespes.* t, ut *caput.* x, ut *fornax.*

De Genitivo Singulari nominum tertiæ Declinationis.

Genitivus desinunt in IS, ut: Sacerdotis.

(Cùm verò Genitivus hujus declinationis Nominativo interdum sit parisyllabus, interdum imparisyllabus, formatio ejus per singulas terminationes erit deducenda,)

A.

Poëma, poëmatis. Sic: *Pascha, dogma, schema, epigramma, carcinóma, &c.*

Cubi-

E.

Cubile, cubilis, Sic: *Ovile, monile, &c. Mare verò habet in Genitivo maris.*

O.

Ardelio, ardelionis. Sic: *Comedo, sermo, quæstio, ratio, ligo, pugio, titio, gerro, stellio, restio, curculio, papilio, prado, carbo, talio, vespertilio, legio, Burgundio, turbo pro gladiatore, latro, tyro, &c.* Macedo *habet Macedonis.* Sic: *Vangio.* Imago, *inis, ordo, cardo, margo, Apollo, Cupido, hirundo, nemo, homo, hominis, (antique homónis, ut; Vulturis in sylvis miserum mandebat homonem, &c.)* caro *verò habet carnis.*

C.

Lac, *lactis, Halec, halecis.*

D.

David, *Dávidis, & Davídis, Bogûd, Bógudis.*

AL.

Animal, *animalis.* Sic: *Tribunal, Vectigal, Nabal.*

Hannibal, *Hanibalis habet, penult. brevi.* Sic; *Asdrubal, Adherbal.*

Sal, *habet Salis.*

EL.

Mel, *mellis; fel, fellis; Daniel, Danielis.* Sic: *Samuel, Michael, Gabriel, Raphael, &c.*

IL.

Vigil, *vigilis.* Sic: *Pugil, mugil, Strigil.*

OL & UL.

Sol, *solis; Consul, Consulis.* Sic: *Exul, præsul.*

AN.

Titan, *titánis vel titanos.* Sic: *Pæan, pæanis, vel pæanos.* Pan *facit panos.*

EN.

Numen, *núminis.* Sic: *Fulmen, lumen, flumen, gluten, tegmen, pecten, cornicen, tibicen; fidicen, oscen, tubicen, hymen.*

Sed Ren *habet renis.* Sic; *Lien, splen, lichen, attagen, Siren, Træzen.*

IN

IN & YN.

Delphin, *delphinis, vel delphinos.* Sic: *Sálamin, Eleusin, Phorcyn, Gortyn.*

ON.

Agon, *agónis.* Sic: *Salon, Damon, Simon, Ægon, Babylon, Citharon, Cydon, Conon, Coridon, Deucálion, Dion, Æeticon, Endymion, Gideon, Helicon, Hephastion, Hieron, (vel Hiero) Lacon, Nasamon, Phædon, Pithon, Sálamon, Sidon, Simeon, Sinon, Theon, Theron, (vel Thero) Triton, Zernon, Colophon, Typhon, Æthon, &c.*

Xenophon *habet Xenophontis,* Sic: *Acheron, Charon, Phaëthon, Laocoon, Laómedon, Hippocoon, Demophoon, Horizon, Phlegethon, Ucálegon.*

Lacedæmon, *Lacedæmonis habet penultima brevi.* Sic: *Damon, Halcyon, Syndon, icon, canon, pepon, strymon, Actæon, Maon, Paon, Auson, Amazon, Memnon, Melanchthon, Arion, Anthedon, Sarpedon, Erisichthon, Machaon, Amphion.* Samson, *Sámsonis habet vel Samsonis. Orion & Cronion habent Oriónis, Croniónis, & Orionis, Cronionis.*

AR.

Cæsar *Cæsaris.* Sic: *Nectar, jubar, baccar, par & lar faciunt paris, laris, penultima brevi. Lar nomen proprium habet Lartis, Amilcar Amilcaris, Arar Araris, Bomilcar Bomilcaris.* Calcar *habet calcaris.* Sic: *Narfluvii nomen, naris, laquear laquearis, torcular torcularis, Hepar habet hapatis far farris, exemplar aris.*

ER.

Alacer *alacris.* Sic: *Acer adjectivum acris, celeber, imber, September, October, November, December, pater, mater, frater, uter* Substantivum, *venter palustr, insuber, accipiter, sequester, linter, campester, volucer, pedester, Silvester, equester, saluber.*

Carcer *carceris.* Sic: *Acer aceris,* Substantivum, *aer, æther, uber, suber, puber, impuber, gibber, tuber protumore, papaver, cadaver, cicer, later, siler, mulier, degener, pauper, asser, agger, piper, cucumer, vomer, celer, Mulciber, Mulciberis, & Mulcibris persyncopen.*

Crater *crateris.* Sic: *Character, ver, clyster, balter, panther, stater, spinter, iber, &c. Jupiter habet in Genitivo Jovis, antique Jupiteris, & Jupitris: item itineris.*

IR.

IR & YR.

Ir *iris*, *Martyr Mártyris*, *Gadyr Gádiris*.

OR.

Amor *amoris*. Sic: *dolor, decor, venator, bellator, tonsor, autor, soror, uxor, color, discolor, tricolor, ditior, pulchior, melior, pejor, felicior*, &c.

Arbor *arboris*. Sic: *Rhetor, æquor, marmor, memor, indecor, bicorpor, tricorpor, Hector, Nestor, Castor, ador*. *Cor habet cordis*.

UR.

Cicur *cicuris*. Sic: *Fulgur, furfur, vultur, turtur, sulphur, murmur, augur, Ligur, Anxur, Tibur, guttur*. Fur *furis*, & *trifur trifuris*, *penult: longa*.

Ebur *eboris*. Sic: *robur, femur; jecur jecoris habet & jecinoris*.

AS.

Bonitas *bonitatis*. Sic: *facultas, Arpinas, civitas, satietas, potestas, Mecenas, primas, optimas, atas, nostras, vestras, Ravennas, Capanas, Privernas, Abbas*.

Gigas *gigantis*. Sic: *Adamas, Atlas, Pallas, (nomen viri,) pallantis, elephas, Calebas, Acragas*.

Lampas *lampadis*, & *Græcè lampados*. Sic: *Ilias, Thestias, Troas, Arcas, cylcas, monas, Plejas, Olympias, Pallas, (nomen muliebre) palladis, hebdomas, adis*.

Anas *anatis*, *artocreas artocreatis*, *erysipelas erysipelatis*, As *assis*, vas *vadis* & mas *maris habent*.

ES.

Euripides *Euripidis*. Sic: *Achilles, illis, Ulysses, sis, Aristoteles, lis, Hercules, lis, Moses, sis, Johannes, nis*. Sic: *nubes nubis, vulpes, fames, clades, strages, labes, proles, soboles, lues, fides fidis, torques, acinaces, vepres*, &c.

Aries *arietis*. Sic: *paries, abies, indiges, interpres, hebes, perpes, prapes, seges, teges, teres*.

Antistes *antistitis*, *cespes, itis*, &c. quæ hisce versiculis comprehenduntur.

Ales & Antistes, cespes, colesque, comesque.
Dives, eques, fomes, gurges, cumque hospite, limes.
Marges, & hinc miles, palmes pedes, indeque poples.
Adde satelles, & hinc sospes, stipesque, superstes.
Et termes, trames, todes additio veles, amesque, Locu-

Locuples, *locuplétis*, Sic: *quies, inquies, lebes, Gres, magnes, tapes, Rhamnes, manſves.* Præs *ædis Æs, æris, hæres-edis, merces-edis.* Chremes *habet Chremetis & Chremis.* Sic: *Dares, Hermes, Laches, Manes. Tales, Eutyches, &c.* Pes, *pedis, bipes, bipedis.* Sic *tripes, quadrupes, compes, ſonipes, cornipes, loripes, &c.* Ceres *facit Cereris.* Bes, *beſſis.*

IS.

Avis, *hujus avis.* Sic: *collis, apis, febris, ſtrigilis, ſemiſſis, panis, canis, &c.* Glis *gliris.* Dis *ditis, lis litis, Quires, itis, Samnis itis.* Charis *charitis.* Lapis *pidis.* Sic: *Cenchris, capis, cuſpis, caſſis pro galeâ, Ægis, aſpis, Faſpis, promuſcis, proboſcis, promulſis, Chryſeis, Nereis, Sybaritis, Paris, Phalaris, Iſis, Thetis, idis.* Tigris *tigridis, & tigris.* Pulvis *pulveris, cinis, vomis, cucumis.* Simois *Simoentis.* Opois *oentis, & opis opuntis.*

Obſerventur quoque Græca, ut: *Geneſis, ſis, ſeos.* Sic: *Diæceſis ſis, ſeos, Æneis, Æneidis, &c.*

YS.

Erynnys, *yos, Capys, yos, Thetys, yos.* Chlamys, *ydis,* Phorchys & *phorcyn, ynis, penult. longa.*

OS.

Mos *moris.* Sic: *flos, ros, os, honos, glos, &c.* Cos *cotis.* Sic: *dos, nepos, Sacerdos, Monoceros, Ægoceros, Rhinoceros, &c.* Cuſtos *odis.* Compos *compotis, impos impotis.* Bos *bovis.* Os *oſſis, exos exóſſis.* Heros *herois.* Minos *ois.* Tros *ois.*

US.

Acus *aceris.* Sic: *funus, fœdus, genus, glomus, munus, lætus, onus, olus, opus, pondus, rudus, ſcelus ſidus, vellus, viſcus, ulcus, vulnus, Venus, &c.* Corpus *corporis* Sic: *decus, dedecus, facinus, frigus, littus, nemus pectus, penus, pignus, ſtercus, tempus, tergus, lepus, &c.* Grus *uis.* Incus *incudis, palus paludis.* Virtus *utis.* Sic: *Salus, juventus, ſenectus, ſervitus:* Intercus *habet intercutis,* jus *juris.* Sic: *crus, rus, mus, plus, pus, thus, tellus.* Pecus *pecudis & pecoris.* Trapezus *untis.* Sic: Tripus *tripodis, antipus-ipodis, Oedipus-pi & odis, polypus-i & odis, penult. brevi.*

AUS.

Laus *laudis, fraus fraudis.*

BS.

BS. MS.

Arabs *arabis*, *trabs trabis*, *calebs-ibis*, *plebs plebis*, *chalybs chalybis*, *scobs scobis*, *scrobs scrobis*, *urbs urbis*, *hyems hyemis*.

LS. NS. RS.

Puls *pultis*, *lens-tis pro legumine*. *frons-tis pro parte capitis*; *Arans tis*, *amans*, *docens*, *legens*, *sors*, *pars*. Glans *glandis*. *juglans-dis*, *lens dis profatu pediculorum*, *frons frondis pro ramo viridi*, *libripens-dis*, *nefrens*, *concors*, *discors*, *excors*, *vecors*, *secors*: Solers *solertis*. Iens *euntis*, *abiens*, *adiens*, *iniens*, *rediens*: ambiens *ab ambio*, *ambientis habet*.

PS.

Daps *dapis*, *Æthiops-iopis*. Seps *sepis*, *ægilops pis*. Sic: *cylops*, *tercops*, *hydrops*, *conops*, *myops*. *Sed* Stirps *pis*, *princeps principis*: Sic *adeps*, *forceps*, *manceps*. Auceps *aucupis*: Anceps *ancipitis*, sic *biceps*, *præceps*. Gryphs *gryphis*, *Cyniphs cyniphis*.

T.

Caput *capitis*, *occiput*, *ipitis*, *sinciput-ipitis*.

AX.

Audax-*acis*. Sic: *Fornax*, *limax pax*, *thorax*, *Ajax*, *Thorax*, *Phaax*: *sed Syphax habet Syphăcis & Syphácis*.

Fax *facis*, *penult*, *brevi*, sic: *abax abacis*, *climax*, *anthrax*, *corax*, *nyctícorax*, *colax*, *dropax*, *similax*, *styrax*, *arctophilax*. Harpax *habet harpăgis*. *Hylax hylactis*, sic: *Astyanax*, *Damonax*, *Callianax*.

EX.

Pollex *pollicis*, *illex illicis*, *à lacio*, *silex*. Nex *necis penult*: *brevi* Sic: *prex*, *fœnisex*, *resex*. Halex *ecis*, *vervex*, *myrmex*, *fex*/*sfax*. Grex *gregis*, *penult*, *brevi*, *aquilex legis*. Rex *regis*, *lex exlex*, *illex*. Remex *habet remigis*, supellex, *supellectilis*, senex *senis*, vibex *vibicis*.

IX.

Cornix *icis*. *felix*, *pernix*, *spadix*, Fix *picis*, *penult*: *brevi*, *appendix*, *appendicis*, *coxendix*: *ibix*, *filix*, *larix*, *salix*, *calix*, *cilix*, *chænix*, *fornix*, *nutrix*, *varix*, *histrix*. *Mastix*, *igis*, *Homeromastix igis*, Strix *strigis*, *Biturix biturigis*, *& nix nivis*, *penult*, *brevi*.

YX.

Bombyx *ycis*, *Sandix*, *Ceyx*, *Calyx ycis*, *Naryx*, *Eryx*, *Bebryx*, *penancipiti*. *Phryx*, *Phrygis*. Sic *Japyx*, *Styx*, *Oryx*, *Dioryx*, *Ortyx*. Sed *Coccyx ygis*, *Onyx onychis & onychos*, Sic *Sardonyx*.

QX.

OX.

Vox *ocis, celox, ferox, velox.* Nox *noctis, pernox noctis.* Allobrox *Allobrogis: Cappadox Cappadocis, præcox, præcocis.*

AUX & UX.

Faux *faucis,* Nux *nucis, penult: brevi.* Sic: *Frux, dux, tradux, redux,* &c. Conjux *conjugis, frux frugis, lux lucis, pollux pollucis.*

LX, NX, RX.

Calx *calcis.* Sic; *lynx, merx, lanx, falx, arx.* Phalanx *phalangis habet:* Sic *Meninx, Sphynx, Sirynx, larynx, conjunx conjugis, quincunx quincuncis,* &c.

De Accusativo Singulari.

Accusativus singularis tertiæ declinationis terminatur regulariter in EM, ut; *Sol, solem. Torquis, torquem. Felix, felicem,* &c.

Excipe:

IM tantùm faciunt: *buris, sitis, atque charybdis. Tussis, vis, pelvis,* quibus addito *ravis, amussis:*
Et propria, ut: *Fabaris, Tiberis, Leucaspis, & Opis, Tigrisque, Syrtisque:* & in IS residentia Græca.
EM dat & IM: *Puppis, restis, febris, atque securis. Ramentis, navis, turris,* quæis jungito *clavis.*

Sic.

Albis *facit Albim.* Sic: *Maguderis, Mephitis, Aras, Sinapis, præsepis.*

Strigilis *habet strigilem & strigilim;* Sic: *Aqualis, cucumis cucumerem & cucumim.*

Genesis *Genesin.* Sic: *Pleurisis, prolepsis, syllepsis, phrasis, poesis, Eclipsis, Syntaxis, phtisis.*

Paris *Paridem, Parida, & Parim.* Sic: *Thyrsis, Adonis, Phalaris, Opis, Isis, Daphnis.* &c.

Metropolis *Metropolin & Metropolim;* Sic: *Constantinopolis, Heliopolis, Neapolis, & cætera à* polis *composita.*

Thetys *Thetyos, Thetyn & Thetym: & Thetis Thetidis, dem, da.*

Erinnys *Erinnyos yn, im.* Sic: *Cotys, Halys,* &c.

Æneis

Æneis *ida & dem.* Sic: *Pyxis, Tyrannis, Amaryllis, Phillis, Doris, Thais, Lais, &c.*

Aêr *aerem & aera.* Sic: *Hector, Rhetor, Heros, Ilias, Pallas, Sidon, Paan, Pan, &c. exquibus terminatio* A *est usitatissima.*

Chremes *habet Chremen & Chremetem.* Sic: *Dares, Hermes, Laches, Manes, Thales, Eutyches, &c.*

De Vocativo.

Vocativus singularis tertiæ Declinationis similis est Nominativo, ut: *Pater, ô Pater.*

Græci sæpius abjiciunt S in Vocativo, ut: *Pallas, antis, ô Palla* Sic: Calchas, *Atlas, &c.* Sic: Mæris, *ô Mari, Iris Paris, Daphnis, Thetis, Amaryllis, Oebalis, Tyndaris, Nereis, Simois vel Simoeis, &c.*

Sic Chremes *ô Chreme vel Chremes, Dares, Hermes, Laches, Manes, Thales, Eutyches, &c.*

De Ablativo.

Nomina tertiæ declinationis Ablativum regulariter in E terminant, ut: *Pectus pectore, Pater patre, &c.*

Excipiuntur:

Quæ vel I tantùm, vel E & I simul habent.

I. Tantùm.

1. Neutra in E, AL, & AR desinentia, faciunt Ablativum per I tantùm, ut: *Mare ab hoc mari: Sic vectigal, calcar, torcular, &c.*

Excipe: *Sal sale, far farre:* Sic: *epar epate, jubar, nectar, bacchar-re.*

2. Adjectiva in IS & ER, quorum Neutra in E desinunt, faciunt Ablativum per I tantùm, ut: *Fortis ab hoc forti.* Sic: *Saluber, acer, &c.*

3. Mensium nomina in IS & ER, faciunt Ablativum per I tantùm, ut: *Aprilis ab Apri-*

li. Sic: *Quintilis, September, October, November, December.* Imber *verò habet imbre & imbri.*

4. Quorum Accusativi in IM & IN terminantur, faciunt Ablativum per I tantùm, ut: *Tusi tusi.* Sic *sitis, prolepsis, Constantinopolis, &c.*

5. Substantiva in IS, quæ Adjectivis sunt similia, faciunt ferè Ablativum per I tantùm, ut: *Ædilis ædili.* Sic: *Annalis, natalis, sodalis, familiaris, popularis, rivalis, bipennis, triremis quadriremis, consularis, molaris, &c.*

(*Rudis, hujus rudis* ein Stab/ *& Volucris substantiva* faciunt Ablativum per e tantùm, ut: *Rudis rude, volucris volucre, Affinis* habet sæpius *affine, quam affini. Mugilis, canalis, strigilis,* habent I tantum, ut: *Mugili, canali, strigili. Martialis habet Martiale.* Sic: *Juvenalis, Vitalis, Dis pro Plutone,* & similia propria ab adjectivis orta. *Chelys* habet *Chely in Ablat.* Chaos *chao.* Melos *melo.* Echo *echo.* Sappho *Sappho, &c.*

E & I *simul.*

1. Adjectiva unius terminationis faciunt Ablativum per E & I simul, ut: *Audax, audace vel audáci.* Sic: *Felix, sapiens, vetus, Arpinas, Fulginas, Privernas, &c.* Item Pronomina: *Nostras, vestras, cujas.*

Excipe: 1. *Pauper* habet *paupere* tantùm. Sic: *Dégener, uber, hospes, sospes, inops, senex, pubes & impúbes adjectiva, bipes, tripes, quadrupes, bicórpor, tricorpor, & cætera à pes & corpus composita.* Contrà *memor* habet in Ablativo *memori, vigil-li, artifex-ci.*

PAR

PAR Adjectivum gleich / & *PAR* Substantivum Neutrum ein Paar/ *pari*; *PAR* Substantivum generis Communis ein Gatte/ *pare* facit: Sed, *dispar, impar, separ* habent *dispare, s.i. impare, s.i. separe, s.i.*

2. Comparativa in OR & US, faciunt Ablativum per E & I simul, ut: *Major majóre vel majóri.* Sic: *Melior, doctior, pejor, felicior, &c.*

3. Quorum Accusativi in EM & IM desinunt, faciunt Abl. per E & I simul, ut: *Puppis puppe vel puppi.* Sic: *Restis, febris, navis, &c.*

4. Substantiva in CTIS, MNIS, GNIS, GVIS, & VIS, faciunt Ablativum per E & I simul, ut: *Vectis, vecte & vecti.* Sic: *Amnis, anguis, ignis, unguis, civis, &c.* Sed tamen in his terminatio E est usitatior.

5. Verbalia in TRIX adjectivè sumpta, faciunt Ablativum per E & I simul, ut *Victrix victrice & victrici, altrix, e & i.*

Supellex *supellectile* facit & *supellectili.*

NOTA.

Unum idemqve nomen potest esse jam Adjectivum, jam Substantivum: & sic variatur quoque Ablativus, ut: *Clemens*, qvando est proprium, habet Ablativum per E tantum, ut: *Clemente*; quando est adjectivum, per E & I simul, ut: *Clemente vel clementi.* Sic: *Constans, Valens, Felix, Vitalis, &c.*

DE NOMINATIVO, ACCUSATIVO ET VOCATIVO PLURALI.

Nominativus, Accusativus, & Vocativus pluralis in cæteris generibus desinunt in ES, ut: *Sermo sermones, flos flores, pater patres, &c.*

Neutra verò Substantiva desinunt in A, ut: *Pectora, tempora, vulnera, &c.*

In IA exeunt ea Neutra, qvorum Ablativi in I tantum, vel in E & I desinunt, ut: *Cubile cubilia, felix felicia, calcar calcaria, forte fortia, &c.*

Excipe: *Vetus vetera.*

Comparativi neutrius generis habent A, ut: *majus majora, melius meliora, veterius veteriora, &c.* Plus verò *habet plura & pluria:* apluſtre *apluſtra & apluſtria.*

Quorum Accusativi singulares desinunt in EM & A, eorum Accusativi plurales desinunt in AS & ES, ut: *Heroas & Heroes*: Sic *Cyclòpas, Crateras, Lampadas, Hectoras, Cycladas, Titánas, Dryadas, &c.*

Antiqui etiam Accusativos nominum in IS, quæ non crescunt in Genitivo, aut quorum nominativi in duas consonantes exeunt, per EIS scripserunt, ut: *Acreis, imbreis, syrteis, parteis, omneis.*

De Genitivo Plurali.

Genitivi plurales regulariter in UM desinunt,

nunt, ut: *Sacerdotum, poematum, mugilum, strigilum, &c.*

1. Quorum Ablativi in I tantum desinunt, vel in E & I simul, faciunt Genitivum pluralem in IUM, ut: *Cubile cubili, cubilium, felix felice vel felici felicium.* Sic: *Vectigalium, fortium, parium, navium, &c.* Per Syncopen tamen dices, *cœlestûm, pro cœlestium, Arpinatum pro Arpinatium.*

Comparativi vero faciunt UM, ut: *Major & majus majorum, melior & melius meliorum, veterior, & veterius veteriorum.*

Plus tamen facit *plurium.* Sic & hæc adjectiva; *Vetus veterum, memor memorum, Vigil, locuples, dives, inops, artifex, juvenis, degener, uber, bicorpor, quadrupes, supplex supplicum,* ut differat à nominativo *supplicium supplicii*, quod habet *suppliciorum:* id quod in similibus est observandum.

2. Quæ duabus Consonantibus terminantur: item dictiones Monosyllabicæ, faciunt Genitivum pluralem in IUM, ut: *Pars partium, falx falcium, sapiens sapientium, (vel sapientûm per syncopen)* Item: *Puls, nox, ars, arx, os ossium, lis, mas, cor, mus, cos, dos, nix, faux, as, vas, &c.*

Præter, *ren renum, splen splenum.* Sic: *Fur, pes, pras, flos, mos, crus, sus, laus, fraus, grex, strix, linx, nux, dux:* Item: *hyems hyemum.* Sic: *Trabs, cælebs, princeps, municeps, manceps, forceps.* Bos habet *Boum*, Crux *crucium & crucum:*

3. Hæc pluralia tantum faciunt IUM, ut: *Vires virium.* Sic: *Manes, tres & tria, sales, penates, penatium & penatum:* Cælites *vero habet*

bet cœlitum, primores primorum. Sic: *Luceres, lemures, proceres, opes, Celeres, id est, equites s. equi desultorii.*

4. Quæ non crescunt in Genitivis singularibus faciunt genitivum pluralem in IUM, ut: *Collis collium, ædes ædium, caro carnium.*

Excipe: *Panis panum.* Sic: *Canis, apis, volucris, frugis, vates, pater, mater, frater, &c.* Sedes *habet sedium & sedum.*

5. Nomina festorum habent ORUM & IUM, ut: *Saturnalia Saturnaliorum & Saturnalium.* Sic: *Bacchanalia, Vinalia, Ancilia, Martinalia, Parentalia, Sponsalia*; adde *Vectigalia.*

(*Solas autem Genitivus ita variatur, non item Dativus, & Ablativus, nec dicendum* Sponsalibus, Bacchanaliis, Saturnaliis.)

De Dativo & Ablativo Plurali.

Dativus & Ablativus plurales tertiæ declinationis desinunt in BUS, ut: *Sermo Sermonibus, Pater Patribus, &c.*

Græca in MA habent in Dativo & Ablativo plurali BUS vel TIS, ut: *Epigramma epigrammatibus & epigrammatis, &c.*

Bos *habet bobus:* Sus *subus vel suibus.*

Cap. IX.

De Quarta & Quinta Declinatione.

Quarta Declinatio duas habet terminationes, US & U, ut: *Fructus, Cornu.*

Quæ desinunt in U, sunt indeclinabilia in

fin-

singulari numero, ut: *Cornu, veru, &c.* juxta vulgatum versiculum:

U *non mutabis, donec plurale videbis.*

Dativus & Ablativus Pluralis quartæ Declinationis regulariter desinit in IBUS, ut: *fructibus &c.*

Hæc verò UBUS habent:

Arcus, acus, portus, quercus, ficus, lacus, artus.
Quæstus & partus, tribus, veru item specus adde.

Item: *Sinus habet sinubus.*

Jesus habet in Accusativo *Jesum*, in Genitivo, Dativo, Vocativo, & Ablativo *Jesu*, juxta versum:

Dat Iesum quarto, reliquis U *semper habeto.*

De Quintâ Declinatione.

Quinta Declinatio habet unam terminationem, videlicet ES, ut: *Species, dies, res, &c.*

Genitivus & Dativus desinit in EI divisas syllabas, ut: *Speciei, diei, rei, &c.*

Poëtæ verò pro Genitivo *diei, fidei*, dicunt *die, fide è longo*, vel per contractionem *diei, fidei, speciei.*

Cap. X.

De Anomalia Numeri.

Hactenus fuit Analogia Nominum: Restat Anomalia, quæ est vel in Defectu, vel Redundantia. In Defectu est Anomalia Numeri & Casuum: In Redundantia Anomalia Generis & Declinationis.

Anomala Numero sunt, quæ vel plurali vel singulari Numero carent.

Generatim autem carent Numero plurali:

1. Nomina propria quarumcunque rerum, ut: *Julius, Roma, Lubeca, Rhenus, Albis.* Dicimus tamen appellative, *Scipiones; Fabios, Ciceronos, Metellos, &c.*

2. Nomina Ætatum, Virtutum, Vitiorum, Metallorum, Mineralium, liquidorum, Seminum, aliorumquè terrâ nascentium, præter flores & fructus arborum, *ut:* Infantia *puericia, adolescentia juventus.* Pietas, *liberalitas, Fortitudo, Temperantia.* Impietas, *avaritia, Timiditas, Intemperantia.* Aurum, *argentum, plumbum, ferrum, orichalcum, &c.* Sal, *sulphur, nitrum, &c.* Acetum, *butyrum, garum, sebum, gluten, lac, mel, mulsum, nectar, nitrum, pix, resina, viscum, vinum, &c.* Anisum, *anethum, avena, ador, far, triticum, milium, fœnum, cordum, ervum, cicer, oryza, Hyssopus, ruta, Salvia, crocum, piper, macis, piscum, &c.* Ex quibus tamen apud Poëtas multa quoque pluralia reperies.

In Specie verò hæc Masculina plurali carent:

Aer ros, *viscus, vesper, pontus, fimus, æther,*
Istis adde sopor, limus, cum sanguine cestus,
Mundus, Sol *muscus, cum* carcere, pulvis & almus.
Et pudor, & fumus, nemo addas: cætera flecte.

Hæc

Hæc item Fœminina.

Vita, *salus*, soboles, *proles*, mors, *gloria*, *tellus*,
Lux, *fuga*, *fama*, *lues*, *humus*, & *cum pube juventus*.
Paupertas, *plebs*, *gaza*, *fames*, contagio, labes.
Talio cum tussi, *cumque indole*, culpa, *senectus*,
Et bilis, Pestis, *tabes*, *sitis*, *atque* supellex.
Et bona pars Quintæ (*sc. declinationis*) *ceu spes*, *requiesque*, *fidesque*.
Et rabies, *sanies*, *alvus*, *pituita*, *struesque*.
Et cholera, & *prosapia*.

Hæc denique Neutra:

Ver, *pelagus*, *senium*, *solium*, *nihilumque* pedumque.
Lethum, *justitium*, *fel*, *canum*, vulgus & ævum.
Et jubar, *ac Halec*, *cum* vitro, *fascinum* & *album*.
Adde *gelu atque* salum, penus, *atque lutum*, *atque macellum*.
Quæque carent casu, *virus*, *pus*, *fasque*, *nefasque*.
Addantur: *Epar*, *solum*, *dilaculum*, *ebur*, *vervactum*, &c.

Singulari numero carent:

1. Omnia Numeralia Cardinalia & Distributiva, cujuscunque sunt generis, ut: *Duo*, *tres*, *quatuor*, *Bini*, *æ*, *a*, *Terni*, *quaterni*, &c. Præter *unus*.

2. Pleraque festorum, ludorum & librorum nomina, ut: *Bacchanalia*, *Saturnalia*, *Liberalia*, *Olympia*, *Isthmia*, *Nemea*, *Pythia*, *Biblia*, *Chronica*, *Bucolica*, *Georgica*, *Martinalia*, *Natalitia*, *Comitia*, *Scenopegia*, *Quinquatria*, *Orgia*.

Sic & hæc Masculina Singulari carent:

Liberi, & annales, nátales *atque penates*
Cancelli, *cani*, *fasti*, *superi*, *inferi* & artus.

Majores, gemini, proceresque, laresque, *minores*,
Manes, *& lemures*, *cum* cœlitibusque *jugales*.
Inde pugillares, fasces, vepresque, salesque.
Primores, *antesque*, *fori*, *cassesque*, *locique*.
Et propria: *ut Gabii*, *Locri*, *Veji atque Philippi*.
Et Rhamnes, *Luceres*, *Tatienses*, *eodique cilli*.

Adde. *Antipodes*, *primates*, *optimates*, *Summates*, quæ tamen & singulari numero usurpata reperiuntur; *Antipus*, *Primas*, *Optimas*, *Summas*, *&c.*

Item hæc Fœminina singulari carent:

Antiæ & ambages, ædes, *argutiæ*, & Alpes.
Blanditiæ, bigæque, *tricæ*, *clitellæ*, *apinæque*.
Copiæ, *& excubiæ*, *grates*, *diræque*, genæque,
Atque plagæ cum compedibus, *scalæque*, *salebræ*,
Divitiæ, fordesque, inimicitiæ, *insidiæque*:
Suppetiæ, cratesque, facetiæ, opesque, foresque.
Feriæ & exequiæ, fauces valvæque, *minæque*,
Literæ, *& hinc decimæ*, *lacrymæ*, *nugæ atque tenebræ*,
Exuviæ, *scopæque*, *manubiæ*, quisquiliæque,
Nundinæ, *& inducia*, *nonæ*, *idus atque calendæ*,
Nuptiæ, *& inferiæ*, *cunæ*, *thermæ*, *atque secundæ*.
Relliquiæ, phaleræ, paleæ, *præstigiæ*, *habenæ*,
Sordes, *vindiciæque*, *minutiæ*, *primitiæque*,
Et Cumæ, *Thebæ*, *Bajæ*, *Syracusæ*, *& Athenæ*,
Sed tamen & decimæ invenies, *plagæ*, *scala*, *salebræ*,
Atque genæ, *& cratis*, *cum fauce & compede*, *habenæ*.

Huc refer: *Venetiæ*, *Amyclæ*, *Colossæ*, *Gades*, *Cales*, *Sardes*, *Tralles*, *& cætera urbium nomina*.

Adde his: *Charites*, *Gratiæ*, *Pandectæ*, *Vergiliæ*, *Salinæ*, *nates*, *&c.*

Item hæc Neutra Singulari carent:

Ilia cum rostris, *bellaria*, pascua, *& arma*,
Exta, *parentalia*, *sponsalia*, *munia*, *justa*,

Ad

Adversaria, tum palearia, *compita*, castra.
Menstrua, & incunabula, crepundia, mania, tempe.
Atque mapalia, cum magalibus, atque stativis,
Et juga pro transtris, hyberna, repotia, tesqua,
Hinc pracordia, cum genitalibus, atque verendis.
Adde *Cete & mele*; item *Susa, Bactra, Gargara.*

Cap. XI.

De Anomalia Casuum.

Anomala Casibus sunt, quæ casibus deficiunt. Ea sunt ferè quintuplicia: Aut enim nullum prorsus casum habent, & Aptota; aut unum, & Monoptota; aut duos & Diptota; aut tres, & Triptota; aut quatuor, & Tetraptota dicuntur.

APTOTA.

Aptota prorsus habentur indeclinabilia, quæ una terminatione in omnibus ferè casibus usurpantur:

Substantiva quidem, ut 1. Hæc Neutra: *Pondo, Gummi, Gelu, Sinapi, & similia.*

2. Nomina literarum & usurpata materialiter, ut: A. B. C. *Fagus, Barbara.*

3. Peregrina pleraque, ut: *Adam, Noë, Jacob, Seth, Joseph, Judith, Ester, Cherubim.*

Adjectiva vero Aptota sunt, vel utriusq; numeri, vel pluralia tantum. Utriusque numeri, ut: *Nequam, Frugi, Nauci, Nihili, Hujusmodi, Istiusmodi.*

Plu-

Pluralia tantum, ut: *Tot*, *Totidem*, *Quotquot*, *Quotcunque*, *Aliquot*. Item: numeralia à *Quatuor ad Centum*, & *Mille* adjectivè positum.

MONOPTOTA.

Monoptota sunt, quæ uno tantùm casu usurpantur, ut:

Nom. Sing. *Satias*, *Damnas*, *expes*, *potis*, *Pote*.
Gen. Sing. *Dicis*.
Dat. Sing. *Divisui*, *Despicatui*, *Frustratui*, *Irrisui*, *Indutui*, *Ludificatui*, *Ostentui*.
Accus. Singul. *Bilicem*, *Trilicem*.
Ablat. Sing. *Affatu*, *Accitu*, *Accersitu*, *Concessu*, *jussu*, *injussu*, *natu*, *permissu*, *relatu*, &c.
Accus. Plur. *Inficias*, *incitas*.
Ablat. Plur. *Ingratiis*.

DIPTOTA.

Diptota sunt, quæ duobus tantum Casibus usurpantur, ut:

N. & Accus. Sing. *Ador*, *Fas*, *Nefas*, *Instar*, *volupe*, *necesse* & *necessum*, *nihil*, *nil*.
N. & Ac. Sing. & Pl. *Opus* & *Præsto*.
N. & Ac. Plur. *Suppetiæ*, *Suppetias*, *Grates*.
N. & Abl. Sing. *Vesper*, *vespere*.
G. & Abl. Sing. *Spontis*, *sponte*. *Tabi*, *Tabô*.
D. & Abl. Sing. *Nuptui*, *nuptu*, *Obtentui*, *obtentu*.
A. & Abl. Sing. *Rogatum*, *rogatu*.

Voc.

Voc. Sing. & Pl. *Macte & Macti.*
Gen. & Abl. Pl. *Repetundarum, repetundis.*

TRIPTOTA.

Triptota sunt, quæ tribus casibus usurpantur, ut:

Vis,	*vim,*	*vi.*
Fors,	*fortis,*	*forte.*
Dica,	*dicam,*	*dicas.*
Lues,	*luem,*	*lue.*
Arbitratui,	*arbitratum,*	*Arbitratu.*
Plus,	*plus,*	*pluris*

TETRAPTOTA.

Tetraptota sunt, quæ quatuor casibus usurpantur, ut:

Situs,	*situm,*	*situ,*	Pl. *Situs.*
Astus,		*astu, hi & hos astus.*	
Dapis,	*dapi,*	*dapem.*	*dape.*
Precis,	*preci,*	*precem,*	*prece.*
Frugis,	*frugi,*	*frugem,*	*fruge.*
Opis,	*opi,*	*opem,*	*ope.*
Ficis,	*vici,*	*vicem,*	*vice.*

Sed in plurali integrè declinantur, nisi fortè *vices* Genitivo caret.

Notandum & hoc:

1. Quintæ declinationis Nomina pleraque Genitivis, Dativis, & Ablativis pluralibus carent, præter: *Dies, Res, Acies, Facies & Species.*

2. Iis-

2. Iisdem casibus & hæc pluralia carent: *Maria, Æra, Mella, Thura, Rura, Sensa, Ora.* Virgilius tamen *Oribus* dixit & Cato *Æribus.*

Cap. XII.

De Anomalia Generis.

Anomala Genere sunt quadruplicia:

1. Quædam in Singulari Masculina sunt in plurali Neutra, ut:

Tartarus	*pl. ra.*	*Ismarus*	*pl. ra.*
Avernus	*pl. na.*	*Massicus*	*pl. ca.*
Dindymus	*pl. ma.*	*Taygetus*	*pl. ta.*
Mœnalus	*pl. la.*	*Tænarus*	*pl. ra.*

His similia sunt & hæc Appellativa: *Sibilus, Sibila: Baltheus, Balthea: Supparus, Suppara:*

Et quæ utroque genere pluralem faciunt, ut:

Locus,	*Loci,*	*& Loca.*
Jocus,	*Joci,*	*& Joca.* sed inusitate.
Sensus,	*Sensus,*	*& Sensa.*

2. Quædam in singulari Fœminina sunt in Plurali Neutra, ut:

Carbasus, pl. sa. *Pergamus, pl. ma.*
Suppellex, Cilia. *Oblivio, Oblivia,* ap. Poët.

3. Quædam in Singulari Neutra, sunt in Plurali Masculina, ut:

Cœlum,	*Cœli:*	*Frenum,*	*Freni:*
Porrum,	*Porri:*	*Rastrum,*	*Rastri:*

Ca-

Capiſtrum, Capiſtri: Clathrum, Clathri: Elyſium, Elyſii: Argos, Argi:
Invenies tamen & *Frena, Raſtra, Capiſtra.*

3. Quædam in Singulari Neutra ſunt in Plurali Fœminina, ut:

Epulum, Epulæ. Delitium, Delitiæ.

Cap. XIII.

De Anomalia Declinationis.

Anomala Declinatione ſunt, quæ in pluribus ſimul Declinationibus uſurpantur.

1. Alia in prima & ſecunda, ut: Græca nomina Artium, quæ in Singulari Fœminina ſunt, & primæ Declinationis; in Plurali Neutra & ſecundæ Declinationis, ut:

Grammatica, cæ. vel Grammatice, es.
Et Plur. *Grammatica, orum.*
Sic: *Dialectica, Rhetorica, Muſica, &c.*

2. Alia in prima & tertia, ut:

Paſcha, æ, & atis.
Glaucoma, æ, & atis. Schema, æ, & atis.
Oreſtes, æ, & tis. Pſaltes, æ, & tis.
Acinaces, æ, & cis. Orontes, æ, & tis.
Oedipus, pi, & podis. Polypus, pi, & podis.

3. Alia in tertia & ſecunda, ut:

Vas vaſis, & Plur. *Vaſa, vaſorum, vaſis.*
Jugerum, ri, & Plur. *Jugem, jugerum, jugeribus.*
Hic Glomus, i, & *Glomus, eris.*

4. Alia

4. Alia in secunda & quarta, ut:

Cornus, i, & us. Ficus, i, & us.
Laurus, i, & us. Pinus, i, & us.
Quercus, i, & us. Colus, i, & us.

Pertinet huc *Domus*. G. *Domi & Domus*. Dat. *Domui*. Acc. *Domum*. V. *Domus*. Abl. *Domo*.

Plur. Nom. *Domus*. G. *Domorum & Domuum*. D. *Domibus*. Acc. *Domos & Domus*. V. *Domus*. Abl. *Domibus*. Juxta versiculum:

Tolle *Me*, *Mu*, cum *Mus*, si declinare *Domus* vis.

5. Alia in tertia & quarta, ut:

Hic & hæc Penus, us. & Hoc Penus Penoris.
Hic & hæc Specus, us. & Hoc Specus Specoris.

(*Observandum, Quædam nomina in eadem significatione plures & diversas habere terminationes Nominativi, quæ idcirco non sunt Anomala, sed pro diversa Nominativi terminatione integrè in suo quoq; genere & declinatione flectuntur, ut:* Abax cis, & Abacus-ci, Acinus & Acinum; Amygdala & Amygdalum, &c. *quæ ex Lexicis petenda sunt.*)

Cap. XIV.

De Adjectivis & eorum Comparatione.

Adjectiva sunt vel unius terminationis, ut *Felix*; vel duarum, ut: *Fortis, e, Doctior, us*; vel trium, ut: *Bonus, a, um.* Pau-

Pauca quædam Adjectiva sunt duarum & trium terminationum simul, ut:

Acclivus,	*a, um, & Acclivis,*	*e.*
Proclivus,	*a, um, & Proclivis,*	*e.*
Bijugus,	*a, um, & Bijugis,*	*e.*
Quadrijugus,	*a, um, & Quadrijugis,*	*e.*
Effrenus,	*a, um, & Effrenis,*	*e.*
Infrenus,	*a, um, & Infrenis,*	*e.*
Enervus,	*a, um, & Enervis,*	*e.*
Exanimus,	*a, um, & Exanimis,*	*e.*
Hilarus,	*a, um, & Hilaris,*	*e.*
Imbecillus,	*a, um, & Imbecillis,*	*e.*
Unanimus,	*a, um, & Unanimis,*	*e.*
Inermus,	*a, um, & Inermis,*	*e.*

Sed horum pleraque magis in tertia, quam secunda declinatione usurpantur.

1. Unius terminationis sunt Adjectiva tertiæ Declinationis, quæ aliter quam IS & E finiunt, ut: *Felix, Sapiens, vetus, Pauper, &c.*

Excipe: *Acer, Alacer, Celeber, &c.*

2. Duarum terminationum sunt Adjectiva tertiæ Declinationis, quæ desinunt in IS & E, ut: *Fortis, Forte,* vel in OR & US, ut: *Doctior, Doctius.*

Qvædam Adjectiva duarum terminationum in IS & E sunt abundantia, quæ Masculinum Genus etiam in ER habent, ut:

Acer, acris, acre, vel *Hic & hæc Acris & hoc acre.* Sic: *Alacer, celeber, saluber, celer, voluber, campester, equester, pedester.*

3. Trium terminationum sunt Adjectiva secundæ & primæ Declinationis, desinuntque in ER, A, UM, vel US, A, UM, ut:

Niger, a, um. *Doctus, a, um.*

Quibus adde: *Satur, a, um.*

Abundans est

Dexterus,	*dextera,*	*dexterum.*
Dexter,	*dextra,*	*dextrum.*

ANOMALA sunt:

Alius, alia, aliud. *Duo, duæ, duo.* *Ambo, ambæ, ambo:*

Et pronomina primitiva.

Hic, Iste, Ille, Ipse, Quis, Qui.

Accidit vero quibusdam Adjectivis

COMPARATIO.

Comparantur Adjectiva, quorum significatio augeri vel minui potest, & quæ usus eruditorum probat.

Gradus Comparationis sunt tres: Positivus, Comparativus, & Superlativus.

Positivus est prima vox Adjectivi, rem absolutè & simpliciter significans, ut: *Felix, Fortis, Doctus.*

Posi-

Positivus habet septem terminationes, *ER, ES, IS, US, NS, RS, & X: ut pulcher, acer, locuples, fortis, doctus, sapiens, solers, felix, velox, audax, &c.*

Comparativus est, qui supra Positivi significationem *magis* significat, ut: *Doctior*, id est, *magis Doctus*, noch gelehrter.

Comparativus fit regulariter à Positivi casu in I, addito OR, vel US: *Docti, doctior. Forti, fortior. Diviti, divitior. Diti, ditior, à Dis.*

Superlativus est, qui supra Positivi significationem, *valde vel maximè* significat, ut: *Doctissimus*, id est, *valde seu maxime doctus*, sehr gelehrt oder der allergelehrteste.

Superlativus regulariter fit à Positivi casu in I, addito S & SIMUS, ut: *Docti doctissimus: Felici felicissimus. Diviti divitissimus. Diti ditissimus.*

EXCIPE.

1. Quæ desinunt in ER, eorum Superlativi fiunt à Nominativo, addito RIMUS, ut: Niger, nigerrimus.

2. Quinque sunt in LIS desinentia, quæ Superlativos faciunt mutato LIS in LIMUS, juxta versiculum:

Dant tibi quinque Limus, *quæ signat dictio* FAGUS.

Facilis, facillimus. Agilis, Agillimus.

Gracilis, *Gracillimus*. *Humilis*, *humillimus*. *Similis*, *simillimus*.

3. Quæ cum verbis *Dico*, *Volo*, *Facio*, & *Loquor* componuntur, habent in Comparativo *entior*, in Superlativo *entissimus*, ut: *Maledicus*, *maledicentior*, *maledicentissimus*.

Sic: *Benevolus*, *magnificus*, *malevolus*, *honorificus*, *beneficus*, *munificus*, *grandiloquus*, *magniloquus*, &c. *Mirificus* vero habet *mirificissimus* tantùm.

4. Quæ vocalem habent ante US, eorum Comparativi fiunt adjecta ad Positivum voce *magis*, ad Superlativum verò *maximè*, ut: *Pius*, *magis pius*, *maximè pius*; Sic *Idoneus*, *Contrarius*, *Ebrius*, *propitius*, &c. Strenuus *tamen habet etiam Strenuior*.

Irregulariter comparantur:

Bonus	*melior*	*optimus.*
Malus	*pejor*	*pessimus.*
Magnus	*major*	*maximus.*
Parvus	*minor*	*minimus.*
Multus		*plurimus.*
Multa		*plurima.*
Multum	*plus*	*plurimum.*

In plurali tamen *plures* dicimus in genere Masculino & Fœminino.

His adduntur hæc:

Nequam	*nequior*	*nequissimus.*

Vetus

Vetus	*veterior*	*veterrimus.*
Nuperus	*nuperior*	*nuperrimus.*

Abundantia sunt:

Imbecillus	*-illior*	*-illimus & -issimus.*
Maturus	*-turior*	*-turimus & -urissimus.*
Exterus	*exterior*	*extremus & extimus.*
Inferus	*-ior*	*infimus & imus.*
Superus	*-perior*	*-premus & summus.*
Posteras	*-erior*	*tremus & postimus.*

Defectiva sunt:

Interior,	*intimus.*	*Citerior,*	*citimus.*
Ulterior,	*ultimus.*	*Propior,*	*proximus.*
			(unde & proximior.
Prior,	*primus.*	*Deterior,*	*deterrimus.*
Licentior,	*licentissimus.*	*Ocyor,*	*ocyssimus.*

Comparativo carent:

Inclytus,	*inclytissimus.*	*Invictus,*	*invictissimus.*
Novus,	*novissimus.*	*Meritus,*	*meritissimus.*

Superlativo carent:

Adolescens,	*adolescentior.*
Declivis,	*declivior.*
Ingens,	*ingentior.*
Longinquus,	*longinquior.*
Juvenis,	*junior & juvenior.* apud Col.
Senex,	*Senior.*
Sinister,	*Sinisterior.*
	Anterior.

Cap. XV.

De Figura Nominum.

Figura Nominum est duplex: Simplex, ut: *Aptus.* Composita, ut: *Ineptus.*

(Componuntur autem Nomen 1. vel cum Nomine, ut: *Magnanimus.* 2. vel cum pronomine, ut *Hujusmodi.* 3. vel cum verbo, ut *Fidejussor.* 4. vel cum Participio, ut *Senatus-consultum.* 5. vel cum Adverbio, ut *Sempiternus.* 6. vel cum Præpositione, ut *Suburbium.* 7. vel cum Conjunctione, ut *Siquis. &c.*

Regulæ, de Declinatione Nominum Compositorum.

1. Composita sequuntur declinationem simplicium, ut: *Fidus, perfidus, Amicus, inimicus: Felix, infelix, &c.*

Excipe: *Exanguis* habet in Genitivo *exsanguis*, licet *Sanguis* habeat *Sanguinis.* Sic: *Nodus & enodis, Cornu & unicornu, Genus & omnigenus, Manus & centimanus, &c.*

2. Composita ex duobus rectis utrinque declinantur, ut: *Respublica, reipublicæ, &c. Jusjurandum, jurisjurandi, &c.*

Excipe: *Alteruter, alterutrius & alterius utrius, alterutri, alterutrum, alterutro, &c.* His adde: *Rosmarinus rosmarini, non rorismarini, Olusatrum, Leonardus, Leopardus, Duodevicesimus, Duodeviginti, &c.*

3. Ex obliquo & recto composita quæ sunt, in iis rectus tantum declinatur, ut: *Jurisperitus, jurisperiti, &c.* Sic: *Legislator, legislatio, Plebiscitum, Senatusconsultum, Gratiarum actio Agricultura, Meridies, &c.*

4. Ex duobus obliquis composita indeclinabi-

nabilia sunt, ut: *Hujusmodi*, *Istiusmodi*, *Ejusmodi*, &c. *Agricola* verò habet-*læ*, *Particeps*-*cipis*, *Artifex artificis*, &c.

Observandum hîc: quomodo per compositionem literæ mutentur: *A* in *E*, *I* & *U*, ut: *Aptus ineptus*, *Sapiens*, *insipiens*. *Salsus insulsus*. *Æ* in *I*, ut: *Æquus iniquus*, &c. *N* ante *B*. *M*. & *P*, mutatur in M, ut: *Immunis*, *impius*, &c.

Cap. XVI.

De Specie Nominum.

Species est duplex; Primitiva, ut: *Equus*, *Aper*. Derivativa, ut: *Equuleus*, *Aprinus*, *vel Aprugnus*.

Derivativorum species præcipuæ sunt octo:

1. PATRONYMICA, hoc est, quæ à parentum nominibus deducuntur.

Horum Masculina unam terminationem habent DES ut: *Æneades*, *Scipiades*, *Atrides*, *id est*, *filius Æneæ*, *Scipionis*, *Atrei*. Et declinantur ut: *Anchises Anchisæ*, &c.

Fœminina tres terminationes habent, AS, IS, NE, ut: *Thestias*, *Thestiadis*: *Nereis*, *Nereidis*: *Adrastine*, *Adrastines*, *id est*, *Filia Thestii*, *Nerei*, *Adrasti*. Sic: *Ilias*, *Iliados*, *id est*, *Opus Homeri de Ilio*. *Æneis*, *Æneidos*, *id est*, *Opus Virgilii de Ænea*.

2. POSSESSIVA, hoc est, quæ possessionem aut proprietatẽ aliqvam significant, ut:

Herilis, servilis, paternus, patrius, regius, rustícus, rustícanus, urbanus, urbicus.

3. GENTILIA, hoc est, qvæ patriam aut gentem significant, ut: *Arpinas, Athenienſis, Germánus, Románus, Spartiáta.*

4. DIMINUTIVA, hoc est, quæ diminutionem primitivi significant, ut: *Anicula ab Anus. Capitulum à caput. Corculum à cor & cætera, cujuscunque etiam sint terminationis.*

5. DENOMINATIVA, hoc est, qvæcunq; ab altero aliquo denominationem habent, ut: *Aculeus & acicula ab acus. Annuus & annona ab annus. Auritus ab auris. Bubulus & bubulcus à bos, &c.*

6. VERBALIA, hoc est, quæ à verbis aut ab eorum supinis aut participiis deducuntur, ut: *Arx ab arceo. Candela à candeo. Comedo comedonis à comedo. Ferculum à fero. Genitor & genitrix à Genitum. Laterna à Lateo. Lucerna à luceo. Lex à lego, &c.*

7. ADVERBIALIA, *Binus à Bis. Ternus à ter. Hodiernus & Hornus ab hodiè. Perèndinus à perendie. Matutinus à manè. Vespertinus à vesperi. Diuturnus à diu. Serótinus à serò. Propinquus à prope.*

8. NUMERALIA, hoc est, quæ numerum aliquem significant. Horum alia sunt.

1. CAR-

1. CARDINALIA, de quibus quæritur per Quot? ut: *Unus, duo, tres, &c.* quæ huc non pertinent.

2. Alia sunt ORDINALIA, de quibus quæritur per Quotus, ut: *Primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octavus, nonus, decimus, vigesimus, trigesimus, millesimus, &c.*

3. Alia sunt DISTRIBUTIVA, de qvibus quæritur per Quoteni, ut: *Singuli, bini, terni, quaterni, quini, septeni, octeni, noveni, deni, &c.*

Centeni aurei militibus dati sunt: einem jedern hundert Gülden. Vel, *Centeni aurei singulis militibus dati sunt*, vel, *centum aurei in singulos milites dati sunt.* At, centum aurei militibus dati sunt, *Significatur universis militibus non plus centum aureis datum esse.*

Distributiva etiam ab oratoribus interdum pro Cardinalibus usurpantur, ut *Cicero: Pueri annorum senûm septenumq; denûm, senatorium nomen nundinati sunt, pro: Pueri sedecim vel septendecim annorum, &c.*

Qvæ carent singulari, Distributivis gaudent, non Cardinalibus, ut: *Binæ, ternæ literæ, terni liberi.*

4. Alia sunt MULTIPLICATIVA, de quibus quæritur per quotuplex, ut: *Simplex, duplex, triplex, quadruplex.* Item, *duplum, triplum, quadruplum, centuplum, millecuplum.*

5. Alia in ARIUS, ut: *Binarius, ternarius, quaternarius, quinarius, senarius, septenarius, octonarius, novenarius, denarius vel decenarius, vicenarius, tricenarius, quadragenarius, & Centenarius, ducentenarius, &c. Millinarius*, ut:

Lapis centenarius, id est, centum librarum. *Homo centenarius, id est*, centum annorum. *Grex centenarius*, centum capitum. *Numerus centenarius*, qui centum continet. *Cohors quadringentaria*, 400. militum.

6. Alia in ANUS, ut: *Primanus, secundanus, tertianus, quartanus, quintanus, sextanus, septimanus.*

CAP. XVII.

De Pronomine.

PRonomen est vox, quâ utimur in demonstranda aut repetenda re, ubi nominis repetitio ingrata erat futura.

Pronomina sunt novendecim: *Ego, Tu, Sui, Ille, Ipse, Iste, Hic, Is, Quis, Qui, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, Nostras, & Vestras, Cujus, a, um, & Cujas.*

Pronomini accidunt octo: *Species, Significatio, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus, & Declinatio.*

Species Pronominum sunt duæ: Primitiva, ut: *Ego*, Derivativa, ut: *Meus.*

Pronomina primitivæ speciei sunt decem: *Ego, Tu, Sui, Ille, Ipse, Iste, Hic, Is, Quis, & Qui.*

Derivativæ speciei sunt novem: *Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, Nostras, Vestras, Cujus, a, um & Cujas.*

Fiunt

Fiunt enim à Genitivis primitivorum: *Mei, Tui, Sui, Noſtri, Veſtri, & Cujus.*

Significationes Pronominum ſunt ſex: *Demonſtrativa, Relativa, Reciproca, Interrogativa, Poſſeſſiva & Gentilia.*

Demonſtrativa, ut: *Ego, Tu, Hic, Iſte.*

Relativa, ut: *Is Ipſe, Qui. Ille* aliàs Demonſtrativum, aliàs Relativum eſt.

Reciproca, ut: *Sui & Suus.* Sic dicta ſunt, quod ad eandem perſonam, quæ præcedit, ſe reflectant, ut:

(Rogare juſſit hera, ſi ſe ames, ut ad ſe venias: non ad eam; Nam ſic alia, quam hera, intelligeretur. Sic: *Cicero eſt immemor ſui. Pater non parcit ſibi, dum ſuis conſulat. DEus ſervat hominem propter ſuam bonitatem. DEus non ſervat hominem propter ejus bonitatem, id eſt, hominis.)*

Interrogativa, ut: *Quis, Cujus, a, um, & Cujas.*

Poſſeſſiva, ut: *Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter.*

Gentilia, ut: *Noſtras & Veſtras, itemque Cujas.*

Genera Pronominum ſunt quatuor: Maſculinum, ut: *Ille, Meus, &c.* Fœmininum, ut: *illa, mea &c.* Neutrum, ut: *Illud, meum, &c.* Omne, ut: *ego, tu, ſui, noſtras, veſtras, cujas.*

Nu-

Numeri Pronominum sunt duo, ut *in Nominibus.* Singularis, ut: *Ego*; Pluralis, ut: *Nos.*

Figuræ Pronominum sunt duæ: Simplex, ut: *Ego, Tu, Ille, &c.*

Composita, ut: *Egomet, Meimet, Mibimet, Memet, Nosmet, &c.*

(Sic: *Cujusmodi, ejusmodi, egoipse, tuipse, illeipse, suiipsius, isthic, isipse, quisputas, quilibet, eccum* (pro ecce illum) *eccam*, (pro ecce eam) *ellum*, (pro ecce illum) *ellam, ellos, ellas, idem* (pro is demum) *identidem, mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum*, per anastrophen, pro cum me, cum te, &c. *bicce, biccine, tute, meopte, tuopte, suopte, meapte, tuapte, suapte, nostrapte, quisnam, quispiam, quisquis* (hinc, cuicui, quemquem, quoquo) *quisquam, aliquis, siquis, nequis, ecquis, quidam, quivis, quicunque, &c.*)

Personæ Pronominum sunt tres: Prima, ut: *Ego*; Secunda, ut: *Tu*; Cætera omnia sunt Tertiæ Personæ, præter *Idem & ipse*, quæ sunt trium personarum. Dicimus enim: *Idem ego, idem tu, idem ille, ego ipse, tu ipse, ille ipse.*

Casus Pronominum sunt sex, ut in Nominibus. Sed hæc quatuor, *Tu, meus, noster, & nostras*, tantum Vocativum habent, juxta versum:

Tu,

Tu, meus, & noster, nostras, *Pronomina*, qvintũ *Admittunt* casum, *cætera cuncta carent.*

(Observetur hic discrimen Genitivorum, *Nostrûm, Vestrûm, & nostrorum, Vestrorum, ut: Nostrûm aliquis ad te veniet, id est*, aliqvis ex nobis: hic me non excipio, *Nostrorum aliquis, id est*, aliqvis ex nostris: hic me excipio. *Sic: Non te nostri miseret, vel omnium nostrûm. Pudet me vestri, & omnium vestrûm.*)

Declinationes Pronominum habes in Donato.

Cap. XVIII.

De Verbo ejusque Genere, Specie, Tempore, Modo, Figura, Persona, & Numero.

Verbum est vox, significans agere aliquid aut pati.

Verbum est duplex: Personale & Impersonale.

Personale est, cui præponi potest, *Ego, Tu, Ille, ut: Ego doceo, tu doces, ille docet, &c. Ego, Doceor, tu doceris vel docêre, ille docetur, &c.*

Verbo personali accidunt octo: *Genus, Species, Tempus, Modus, Figura, Persona, Numerus, & Conjugatio.*

DE GENERIBUS VERBORUM.

Genera Verborum sunt quatuor: *Activum, Passivum, Neutrum & Deponens.*

Acti-

Activum est, quod in O desinit, gignitque ex se passivum, & Accusativum admittit, ut: *Doceo te.*

Huc pertinent etiam: *Ajo, Volo, Nolo, Malo,* & id genus alia, etiamsi non habent passivum in OR.

Passivum est, quod in OR desinit, & admittit Ablativum cum præpositione à vel ab, ut: *Doceor à Præceptore.*

Huc pertinet & *Fio, Veneo, Vapulo, Liveo*, quæ vulgò Neutralia passiva appellantur.

Neutrum, *seu* Absolutum est, quod in O desinit, nec format ex se Passivum, nec casum proprium habet, ut: *Sto, Pareo.*

Interdum tamen accusativum cognatæ significationis admittit, ut: *Bibo vinum.* Item *Caleo, ab igne.* Eo *neutrum est*; Adeo *activum.*

Neutris subjiciuntur Neutro-passiva & Verba substantiva.

1. Neutro-passiva, quæ cætera quidem Neutra sunt, præterita autem modò passivorum formant, ut: *Audeo, Ausus sum, Gaudeo, Gavisus sum, Mœreo, Mœstus sum, Soleo, Solitus sum, Fido, Fisus sum.* Et quæ utroque modo præteritum faciunt: *Juro juravi & juratus sum. Prandeo prandi & pransus sum. Cœno cœnavi & cœnatus sum.*

2. Substantiva sunt, quæ essentiam rei signifi-

gnificant sine expressâ actione & passione, ut: *Sum*, *Forem*, *Existo*.

Deponens est, quod in OR desinit, & aut activè significat, ut: *Precor Deum*, aut neutraliter, ut: *Vaticinor*, *Labor*.

(Olim etiam fuerunt quædam Communia in OR activè & passivè significantia, quorum Passiva significatio & constructio jam desiit, etsi Participia quædam passiva in usu sunt.

DE SPECIE VERBORUM.

Species Verborum sunt duæ: Primitiva, ut: *Ago*, *Fugio*. Derivativa, ut: *Agito*, *Fugito*.

Derivativorum quædam dicuntur, Inchoativa, Frequentativa, Meditativa seu Desiderativa, & Diminutiva.

Inchoativa sunt, quæ in SCO desinunt, ut: *Albesco*, *conticesco*, *pallesco*, *senesco*, *raucesco*, *mitesco*. Item, *Lucescit*, *advesperascit*, *noctescit*, &c.

Frequentativa sunt, quæ in TO, SO, aut XO, exeunt, ut: *Canto*, *cœnito*, *clamito*, *quærito*, *victito*, *pulso*, *viso*, *vexo*. Huc referunt *fodico*. Neque hæc tamen semper frequentem actionem, sed studium & conatum, interdum aliud, significant, ut: Capto, *id est*, *studeo capere*. Prenso, *id est*, *studeo prehendere*. Viso, *id est*, *eo ad videndum*, &c. Talia sunt. *Fugito*, *hæsito*, *latito*, *lectito*, *rogito*, *volito*, *nato*, *agito*, *dictito*, *cantito*, *visito*, *quærito*, *quasso*, *nexo*, *mersо*, *sector*, &c. Item, quæ in SSO vel IZO exeunt, ut:

Pa-

Patrisso, *Atticisso*, *Judaizo*, *Græcisso*, pro quo Latini *Græcor* dicere maluerunt, ut: *Bacchor*, *Cornicor*, *Vulpinor*.

Meditativa *seu* Desiderativa sunt, quæ in URIO desinunt, ut: *Esurio*, *poturio*, *cænaturio*.

Diminutiva in LO desinunt, ut: *Sorbillo*, *Cantillo*, *Sugillo*.

DE TEMPORIBUS VERBORUM.

Tempora verborum sunt quinque: Præsens, Imperfectum, Perfectum, Plusquamperfectum & Futurum.

DE MODIS VERBORUM.

Modi verborum sunt quatuor: Indicativus, Imperativus, Conjunctivus, (*qvi tres Finiti dicuntur*) & Infinitivus.

Indicativus Modus est, qui directè & simpliciter aliquid esse aut non esse indicat, aut de re aliqua interrogat.

Imperativus Modus est, quo utimur in imperando, hortando, monendo, aut precando.

Imperativus patitur Apocopen in quatuor verbis: *Dic*, *Duc*, *Fac*, *Fer*, pro Dice, Duce, Face, Fere.

Conjunctivus Modus est, qui plerumque Conjunctionibus aut infinitis particulis subjungitur, & ferè ad perficiendam sententiam alterum verbum requirit. (In-

(In Conjunctivo continetur etiam Modus Optativus, Potentialis & Permissivus.)

Optativus est, quo optamus, non definimus quid fiat: ejus notæ sunt, *ó, sí, óſi, utinam, ô utinam.*

Potentialis est, qui potentiam seu facultatem adsignificat, & per verba *Possum, Volo, Debeo,* exponi potest, ut: *Roget quis, quid tibi cum illa? i.e.* possit rogare.

(Permissivus est, qui aliquid permittere & concedere significat, ut: *Tu videris.* Item: *Habeat, valeat.)*

INFINITIVUS modus est, qui aliquid esse aut non esse significat, sine certa numeri & personæ differentia.

DE FIGURIS VERBORUM.

Figuræ verborum sunt tres: Simplex, ut: *Ambulo.* Composita, ut: *Deambulo.* Decomposita, ut: *Prodeambulo.*

(Cæterum in compositione observanda est vocalium diphthongorum & consonantium mutatio.)

A mutatur in E, I, & U, ut: *Halo, Anhelo, Ago, Redigo, Calco, Inculco.*

Quædam in compositione nihil mutant, ut: *Lacto, allacto, Halo, exhalo.*

E mutatur in I, ut: *Sedeo, Insideo.* Æ in I, ut: *Lædo, illido.*

AU in O, U & E, ut: *Plaudo, complódo, Faux, suffoco, Claudo, concludo. Audio, obedio,* vel ut alii, *obedío.*

Quædam præpositionis in compositione ultimam literam mutant, conformantq; primæ literæ verbi, cum quo componuntur, ut: *Occido, oppono, suffero, suggero, summitto (quod etiam submitto dicitur) surripio, accurro, afficio, officio, aggero, alludo, annumero, appareo, arripio, assumo, attingo, illustro, intelligo, pellicio.*

Quædam ultimam alia litera quandoque permutant, ut: *acquiro, agnosco, auffero, sustricio, combibo, cognosco, imbibo, implico.*

Quædam ultimam aliquando retinent, ut: *Adduco, admitto, extraho, indico, obrepo, profero, perlego, interfero.*

Quædam literam interponunt, ut: *Ambedo, ambio, amburo, redarguo, redeo, redhibeo.*

Quædam literam elidunt, ut: *Asporto, pro adsporto, Circuit pro circumit, Cogo, pro coago. Traduco, pro transduco.)*

Notentur & hoc loco Præpositiones illæ, quibus cum verba componi possunt, ut: *A, ab, abs, ad, an vel am, ante, circum, con, contra, de, di, dis, e, ex, in, inter, ob, per, post, præ, præter, pro, re, sub, subter, trans.*

DE PERSONIS VERBORUM.

Personæ verborum sunt tres: Prima, ut: *Ego lego, Nos legimus.* Secunda, ut: *Tu legis, Vos legitis.* Tertia, ut: *Ille legit, Illi legunt.*

DE NUMERIS VERBORUM.

Numeri verborum sunt duo; Singularis, ut: *Lego.* Pluralis, ut: *Legimus.*

Cap. XIX.

De Conjugatione Prima.

Conjugatio est variatio Verbi secundum Modos, Tempora & Personas.

Conjugatio est duplex: Alia simplex, ut: *Amo, Doceo, Sum.* Alia Periphrastica, ut: *Amaturus sum, Amatus sum, Amandus sum.* Paradigmata vide in Donato.

Conjugationes simplices sunt quatuor:

1. Quæ habet A longum
2. Quæ habet E longum
3. Quæ habet E breve
4. Quæ habet I longum

ante RE in Infinitivo ut:

Amare.
Docere.
Legere.
Audire.

Excipe *Dare* à Do, quod syllabam *da* in Polysyllabis corripit, *Satisdare, Circumdare, Pessundare, Venundare.*

RE-

REGULÆ DE PRÆTERITIS ET SUPINIS.

1. A Præterito Perfecto Indicativi formantur tempora, quæ desinunt in Ram, Rim, Sem, Ro, Se, ut: *Legeram*, *legerim*, *legissem*, *legero*, *legisse*, *à legi*. Cætera formantur à præsenti juxta versus:

Præteritum verbi de se dat tempora quinque,
Ram, *rim*, *sem*, *ro*, *se*: formabit cœtera præsens.

2. Si præterita simplicium primam geminant, id in compositis non observatur, ut: *Mordeo*, *momordi*: *Remordeo*, *remordi*: *Tundo*, *tutudi*: *Contundo*, *contudi*: *Tendo*, *tetendi*: *Intendo*, *intendi*.

Excipiuntur:

Composita à *Do*, *Sto*, *Disco*, *Posco*, quæ geminationem præteriti retinent, ut:
Do, dedi. *Addo*, addidi. *Reddo*, reddidi. *Sto*, steti. *Asto*, astiti. *Insto*, institi. *Disco*, didici. *Addisco*, addidici, *Dedisco*, dedidici. *Posco*, popposci. *Deposco*, depopposci. *Reposco*, repopposci.

Sed *Decurro*, *Excurro*, *Percurro*, & *Præcurro*, modo servant, modo abjiciunt illam reduplicationem: sæpius tamen servant. *Repungo* verò *Repupugi* & *Repunxi* habet; *Compungo*, *compunxi*, & *Expungo*, *expunxi* tantùm.

3. Nullum Supinum geminat principium.

4. Verba in SCO carent præteritis & supinis: Pleraque tamen ea mutuantur â primitivis, ut: *Diluceſcit, diluxit, Seneſco, ſenui. Inveteraſco, inveteravi.*

5. Verba, quæ carent ſupinis, carent etiam præteritis paſſivis.

6. Præterita in AVI primæ & in IVI quartæ conjugationis Syncopen & contractionem patiuntur, ut: *Amavi, amavîſti & amâſti, -viſtis-âſtis, -verunt-ârunt.*

(Sic: *Amâram amârim, amâſſem, amâro, amâſſe*; exceptâ primâ perſonâ plurali; non enim facilè dixeris *amarâmus, amârimus*, licet *amâſſemus* rectè dici poſſet. Sic: *Audii pro audivi, audieram pro audiveram, audierim pro audiverim, audiſſem, pro audiviſſem, audiero pro audivero, audiſſe pro audiviſſe*, Sic per Craſin dices: *Audiſti pro audiiſti, audiſtis pro audiiſtis, audiſſem pro audiiſſem, audiſſe pro audiiſſe.* De cæteris idem eſt judicium.

7. Deponentia in futuro infinitivi non habent *tum iri*, ſed *turum eſſe*, ut: *Sequor, ſecuturum eſſe*, non *ſecutum iri*, &c.

Cap. XX.

De PRÆTERITIS ET SUPINIS VERBORUM PRIMÆ CONJUGATIONIS.

VERBA Primæ Conjugationis habent AVI in Præterito, in Supino ATUM, ut: *Amo, amavi, amatum, &c.*

Variant in prima Conjugatione:

Cubo,	*cubui,*	*cubitum,*	Liegen.
Accubo,	*accubui,*	*accubitum,*	beysitzen oder liegen.
Excubo,	*excubui,*	*excubitum,*	Wach halten.
Incubo,	*incubui,*	*incubitum,*	drauff liegen.

Sic: *Recubo, Secubo, Supércubo.*

Composita verbi Cubo, quoties M assumunt, fiunt tertiæ conjugationis.

Crepo,	*crepui,*	*crepitum,*	Knarren.
Concrepo,	*concrepui,*	*concrepitum,*	sehr knarren.
Discrepo,	*discrepui,*	*& avi, atum,*	anders lauten.
Increpo,	*avi-atum,*	*& ui-tum,*	schelten.
Increpo,	*increpui,*	*increpitum,*	klappern.
Percrepo,	*percrepui,*	*percrepitum,*	durchschallen.
Do,	*dedi,*	*datum,*	Geben.

Cum his quatuor Compositis:

Circumdo,	*circumdedi,*	*circumdatum,*	Umbgeben.

Pessundo, pessundedi, pessundatum, mit Füssen treten.
Satisdo, satisdedi, satisdatum, Versicherung thun.
Venundo, venundedi, venundatum, Verkauffen.

Reliqva verbi *Do* Composita sunt tertiæ conjugationis.

Domo, domui, domitum, Zähmen.

Sic: *Edomo, Prædomo, Perdomo.*

Frico, fricui, frictum & fricatum, Kratzen.

Sic: *Affrico, Confrico, Defrico, Infrico, Perfrico, Refrico, Suffrico.*

Juvo, juvi, jutum, Helffen.
Adjuvo, adjuvi, adjutum, Helffen.
Sed, *Adjuto, avi, atum,* regulariter.

Labo, * * Dahin fallen.

Lavo, Lavi, Lavatum, lotum & lautum, Waschen/Baden.
Elavo, elavi, elotum, Außbaden.

Mico, micui, micatum, Gläntzen.
Emico, emicui, emicatum, Herfür schimmern.
Dimico, dimicavi & cui, dimicatum, Streiten.

Neco, necavi, necatum, Tödten.
Olim & *necui.*
Eneco, enecavi, enecatum.
Et *enecui, enectum,* Ertödten.
Interneco, internecui, internectum. Idem.

Plico, avi, atum, & ui, itum, Falten.
Applico, avi, atum, & ui, itum, Herzufügen.
Implico, avi, atum, & ui, itum, Einwickeln.
Explico, avi, atum, & ui, itum, Außwickeln.
Explico, avi, & ui, atum, Außlegen/erklären.

Cætera tàm cum Præpositionibus, quàm Nominibus composita sunt regularia, ut:

Complico, complicavi, complicatum, Zusammen wickeln.
Replico, replicavi, replicatum, Wieder auffwickeln.
Supplico, supplicavi, supplicatum, Einen Fußfall thun.
Duplico, duplicavi, duplicatum, Zweyfach machen.
Triplico, triplicavi, triplicatum.

Qua-

Quadruplico, quadruplicavi, quadruplicatum.
Multiplico, multiplicavi, multiplicatum.

Poto, potavi, potatum & potum, Zächen/ (trincken.

Sic; *Compoto, Epoto, Perpoto.*

Seco, secui, sectum, Schneiden.

Sic; *Circumseco, Conseco, Deseco, Dissecо, Exseco, Inseco, Interseco, Præseco, Reseco, Subseco.*

Sono, sonui, sonitum, Lauten. Horat. *Sonaturus dixit.*

Sic: *Absono, Assono, Consono, Circumsono, Dissono, Insono, Persono, Resono.*

Stó, steti, statum, Stehen.

Circumsto, circumsteti, * Herümb stehen.

Supersto, supersteti, superstitum. Uber etwas stehen.

Reliqua Composita habent *iti, atum & itum.*

Adsto, adstiti, adstatum & adstitum, Darbey stehen.

Consto, constiti, constatum, & constitum.

Disto caret Præterito & Supino.

Sic; *Insto, Obsto, Persto, Præsto, Prosto, Resto.* Restaverit, est apud, propert. *Substo.*

Tono, tonui, tonitum, Donnern.

Attono, attonui, attonitum,

Sic: *Circumtono, Detono, Intono, Retono, Superintono.*

Veto, vetui, vetitum, Verbieten.

Vetavi apud Pers. Sat. 5.

Deponentia Primæ Conjugationis.

Adminiculor.	*Ancillor.*	*Ariolor.*
Adversor.	*Apricor.*	*Asternor.*
Adulor.	*Aquor.*	*Assentor.*
Æmulor.	*Arbitror.*	*Auctionor.*
Altercor.	*Architector.*	*Aucupor.*
Amplexor.	*Argumentor.*	*Aversor.*
Ampullor.	*Argutor.*	*Auguror.*

Aurigor.
Auſpicor.
Auxilior.
Bacchor.
Debacchor.
Perbacchor.
Cacchinnor.
Calumnior.
Cavillor.
Canponor.
Cauſor.
Cauſificor.
Commeſſor.
Comitor.
Commentor.
Concionor.
Conflictor.
Conor.
Conſolor.
Conſpicor.
Contemplor.
Convitior.
Convivor.
Cornicor.
Criminor.
Cunctor.
Depeculor.
Deſpicor.
Deteſtor.
Digladior.
Dignor.
Dedignor.
Dominor.
Epulor.
Execror.
Fabricor.
Fabulor.
Confabulor.
Famulor.
Ferior.
Fœneror.
Fruſtror.
Furor.
Gelticulor.
Glorior.
Græcor.
Pergræcor.
Graſſor.
Gratificor.
Gratulor.
Grator.
Gravor.
Hallucinor.
Hariolor.
Helluor.
Hortor.
Adhortor.
Cohortor.
Dehortor.
Hoſpitor.
Jaculor.
Imaginor.
Imitor.
Indignor.
Inficior.
Interpretor.
Jocor.
Lacrymor.
Lætor.
Lamentor.
Latrocinor.
Lenocinor.
Libidinor.
Licitor.
Lignor.
Lucror.
Luctor.
Colluctor.
Eluctor.
Obluctor.
Reluctor.
Ludificor.
Lucror.
Luxurior.
Machinor.
Manticulor.
Medicor.
Meditor.
Mercor.
Commercor.
Præmercor.
Metor.
Minor.
Minitor.
Miſeror.
Miror.
Admiror.
Demiror.
Moderor.
Modulor.
Mœchor.
Morigeror.
Moror.
Commoror.
Demoror.
Immoror.
Remoror.
Muginor.
Muneror.
Murmuror.
Mutuor.
Naviculor.
Negotior.
Nepotor.
Nictor.
Nidulor.
Nugor.

Nundinor.
Nutricor.
Obsonor,
Odoror.
Ominor.
Abominor.
Operor.
Opitulor.
Opinor.
Oscitor.
Osculor.
Exosculor.
Deosculor.
Pabulor.
Palor.
Palpor.
Pandiculor.
Parasitor.
Patrocinor.
Percontor.
Peregrinor.
Periclitor.
Philosophor.
Pigror.
Piscor.
Expiscor.
Poetor.
Pollicitor.
Populor.
Prædor.
Prælior.
Præstolor.
Prævaricor.
Precor.
Comprecor.
Deprecor.
Imprecor.
Reprecor.

Præmior.
Quadruplor,
Quiritor.
Radicor.
Ratiocinor.
Recordor.
Refragor.
Rimor.
Rixor.
Ructor.
Ruminor.
Rusticor.
Ruspor.
Scisscitor.
Scitor.
Scortor.
Scrutor.
Perscrutor.
Scurror.
Sector.
Assector.
Consector.
Insector.
Sermocinor.
Solor.
Consolor.
Spatior.
Exspatior.
Speculor.
Stabulor.
Stipulor.
Adstipulor.
Restipulor.
Stamachor.
Suavior.
Dissuavior.
Suspicor.
Suffragor.

Tergiversor,
Testor.
Testificor.
Attestor.
Contestor.
Detestor.
Obtestor.
Protestor.
Tricor.
Tristor.
Tuburcinor.
Tutor.
Tumultuor.
Vador,
Vagor.
Divagor.
Evagor.
Pervagor.
Vaticinor.
Velificor.
Velitor.
Veneror.
Adveneror.
Deveneror.
Venor.
Verecundor.
Vermiculor.
Versor.
Adversor.
Conversor.
Controversor.
Diversor.
Obversor.
Villicor.
Vitulor.
Vociferor.
Vulpinor.

Cap. XXI.

De Conjugatione Secunda.

Verba ſecundæ Conjugationis ferè habent in Præterito UI duabus ſyllabis : Supino ITUM i brevi, ut: *Debeo, debui, debitum, &c.*

Neutra pleraque carent Supino, præter hæc duodecim, quæ Supinum habent cum Compoſitis ſuis:

Jaceo,	*jacui,*	*jacitum,*	Liegen.
Placeo,	*placui,*	*placitum,*	Gefallen.
Noceo,	*nocui,*	*nocitum,*	Schaden.
Caleo,	*calui,*	*calitum,*	Warm ſeyn.
Valeo,	*valui,*	*valitum,*	Friſch ſeyn.
Doleo,	*dolui,*	*dolitum,*	Betrübt ſeyn.
Oleo,	*olui,*	*olitum,*	Riechen.
Coaleo,	*coalui,*	*coalitum,*	Zuſammen wachſen.
Maneo,	*manſi.*	*manſum,*	Bleiben.
Careo,	*carui,*	*caritum,*	Darben.
Pareo,	*parui,*	*paritum,*	Gehorchen.
Lateo,	*latui,*	*latitum,*	Verborgen ſeyn.

Variant in Secunda Conjugatione

BEO.

Albeo,	*	*	Weiß ſeyn.
Jubeo,	*juſſi,*	*juſſum,*	Heiſſen.
Rubeo,	*rubui,*		Roht ſeyn.
Sorbeo,	*ſorbui,*	*ſorbitum,*	Schlurffen.

Rarius Sorpſi, ſorptum, ab antiquo Sorbo, is.

Abſorbeo,	*bui & pſi,*	*bitum & ptum,*	gantz verſchlingen.
Exſorbeo,	*bui & pſi,*	*bitum & ptum,*	Außſchlurffen.

CEO.

Aceo,	*acui,*	*	Saur ſeyn.

Ar-

*Arceo, arcui, ** Abhalten.
Coerceo, coercui, coercitum, Zusammen halten.
Exerceo, exercui, exercitum, Uben.
Doceo, docui, doctum, Lehren.
Sic: *Addoceo, Condoceo, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo, Subdoceo.*
Liceo, licui, licitum, geschetzt werden / gelten.
*Luceo, luxi, ** Scheinen.
Sic: *Alluceo, Colluceo, Diluceo, Illuceo, Perluceo, Transluceo, Præluceo, Reluceo, Subluceo.*
Polluceo, polluxi, polluctum, Opffern.
Misceo, miscui, mistum vel mixtum, Ver-(mischen.
Sic: *Admisceo, Commisceo, Immisceo, Intermisceo, Permisceo.*
Mulceo, mulsi, mulsum, Streichelen.
Demulceo, demulsi, demulsum.
Permulceo, permulsi, permulsum & ctum.
*Rauceo, raucui, ** Heischer seyn.
Taceo, tacui, tacitum, Schweigen.
Conticeo, conticui, Stillschweigen.
Obticeo, obticui,
Reticeo, reticui, Verschweigen.
Subticeo, subticui.

DEO.

Ardeo, arsi, arsum, Brennen.
Sic: *Exardeo, Inardeo.*
Audeo, ausus sum, Kühne seyn.
*Candeo, candui, ** Glüen.
*Frondeo, frondui, ** Grünen.
Gaudeo, gavisus sum Sich freuen.
*Madeo, madui, ** Naß seyn.
Sic: *Commadeo, Demadeo, Immadeo.*
Mordeo, momordi, morsum, Beissen.
Admordeo, admordi, admorsum, Herzu beissen.

Sic:

Sic; *Commordeo, Demordeo, Obmordeo, Præmordeo, Remordeo.*

Pendo, pependi, pensum, Hangen.
Sic: *Dependeo, Impendeo, Superimpendeo, Propendeo.*

Prandeo, prandi, pransum, Mittags (Mahlzeit halten.
Hinc Participium *Pransus.*

Renideo, * * Glänzen. (einen Wiederschein geben.

Rideo, risi, risum, Lachen.
Sic: *Arrideo, Derideo, Irrideo, Subrideo.*

Suadeo, suasi, suasum, Rahten.
Sic: *Consuadeo, Dissuadeo, Persuadeo,*

Sedeo, sedi, sessum, Sitzen.
Sic: *Assideo, Considéo, Circumsideo, Desideo, Dusideo, Insideo, Obsideo, Persideo, Possideo, Reseideo, Subsideo, Supersedeo.*

Splendeo, splendui, * Scheinen.
Resplendeo, resplendui *

Strideo, stridi, * Rauschen.

Spondeo, spopondi, sponsum, Zusagen.
Despondeo, despondi, desponsum. Verloben.
Respondeo, respondi, responsum. Antworten.

Studeo, studui, * Sich befleissigen.

Tondeo, totondi, tonsum, Scheren.
Attondeo, attondi, attonsum, Gantz scheren.
Sic: *Circumtondeo, Detondeo, Intondeo, Re-* (*tondeo.*

Video, vidi, visum, Sehen.

Invideo, invidi, invisum, Mißgünnen.
Subinvideo, subinvidi, subinvisum, Etwas (vergünnen.

Sic: *Pervideo, Prævideo, Provideo.*

GEO.

GEO & GUEO.

Algeo, alsi, alsum, Frieren.
Augeo, auxi, auctum, Vermehren.
Sic: *Adaugeo, Exaugeo.*
Egeo, egui, * Bedürffen.
Indigeo, indigui, * Idem.
Frigeo, frixi, * Kalt seyn.
Sic: *Perfrigeo, Refrigeo.*
Fulgeo, fulsi, fulsum, Glänzen.
Sic: *Affulgeo, Confulgeo, Effulgeo, Præfulgeo, Refulgeo.*
Indulgeo, indulsi, indultum, Nachgeben.
Langueo, langui * Schwach seyn.
Lugeo, luxi, luctum, Trauren.
Elugeo, eluxi, eluctum, Auffhören zu trauren.
Mulgeo, mulsi, mulctum, Melcken.
Sic: *Emulgeo, Immulgeo.*
Pingueo, pingui, * Feist seyn.
Rigeo, rigui, * Erstarrē für Frost.
Obrigeo, obrigui, Idem.
Tergeo, tersi, tersum, Wischen/trucknen.
Sic: *Abstergeo, Detergeo, Extergeo.*
Turgeo, tursi, * Auffgeblasen seyn/trotzen.
Sic: *Deturgeo, Inturgeo.*
Vigeo, vigi, * Frisch seyn.
Urgeo, ursi, ursum, Nöhtigen.
(Drucken.

Sic:

Sic: *Ardurgeo*, *Inurgeo*.

LEO.

Compleo, *complevi*, *completum*, Erfüllen.

Sic: *Expleo*, *Impleo*, *Repleo*, *Suppleo*.

Deleo, *delevi*, *deletum*, Vertilgen. (Außlöschen.

Fleo, *flevi*, *fletum*, Weinen.

Oleo, *olui*, *olitum*, Einen Geruch (machen.

Apud Priſcos etiam, *olevi*, *oletum*.

Quatuor compoſita retinent ſignificationem & Præteritum ſimplicis, ut:

Oboleo, *obolui*, *obolitum*, Entgegen riechen.

Peroleo, *perolui*, *perolitum*, Starck riechen.

Redoleo, *redolui*, *redolitū*, Nach etwas riechē.

Suboleo, *ſubolui*, *ſubolitum*, Ein wenig riechē.

Significant alia omnia odorem emittere, non recipere.

Reliqua Compoſita ſignificationem & Præteritum ſimplicis mutant, ut:

Aboleo, *abolevi*, *abolitum*, Vertilgen / ab- (ſchaffen.

Adoleo, *adolevi*, & *adolui*, * Anzünden.

Adoleo vel potius *Adoleſco*, *adolevi*, *adultum*, (Auffwachſen.

Exoleo, *exolevi*, *exoletum*, Veralten.

Obſoleo, *obſolevi*, *obſoletum*, Veralten.

Inoleo, vel potius.

Inoleſco, *inolui*, * Ich wachſe an.

Ve-

Verùm pro *Exoleo, Obsoleo, & Inoleo*, utimur Inchoativis: *Exolesco, Obsolesco, Inolesco.*

Calleo, callui, * Bescheid wissen.
Occalleo, occallui, * Hart worgegen (seyn.
Percalleo, percallui, * Wohl wissen.
Palleo, pallui, * Bleich seyn.
Sic: *Expalleo, impalleo.*
Polleo, pollui, * Vermügen.
Sic: *Æquipolleo, Præpolleo.*
Sileo, silui, * Stillschweigen.
Sic: *Consileo,* * Idem.
Soleo, solitus sum, Pflegen.

MEO.

Timeo, timui, * Fürchten.
Sic: *Extimeo, Pertimeo, Subtimeo.*
Tumeo, tumui, * Geschwollen seyn.
Sic: *Intumeo.*

NEO.

Neo, nevi, netum, Spinnen/nehen.
Teneo, tenui, tentum, Halten.
Abstineo, abstinui, * Sich enthalten.
Attineo, attinui, * Behalten.
Contineo, continui, contentum, Fest zusammen halten.
Detineo, detinui, detentum, Auffhalten.
Obtineo, obtinui, obtentum, Erhalten.
Distineo, distinui, distentum, Davon abhalten.

Per-

Pertineo, pertinui, * Angehen.
Retineo, retinui, retentum. Hinter sich halten.
Sustineo, sustinui, sustentum, Leiden.
Maneo, mansi, mansum, Bleiben.
Commaneo, commansi, commansum, Bey einander bleiben.
Emaneo, emansi, emansum, Aussen bleiben.
Permaneo, permansi, permansum, Verbleiben.
Remaneo, remansi, remansum, Dahinden bleiben.

Cætera à Maneo composita mutant A in I, & Præteritum faciunt in UI, sine Supino.

Emineo, eminui, * Heraus scheinen.
Immineo, imminui, * Nahe bey seyn.
Promineo, prominui, * Herfür hangen.
Præmineo, præminui, * Füraus scheinen.
Caneo, canui, * Grau werden.

PEO.

Stupeo, Stupui, * Sich entsetzen.
Sic: *Obstupeo.*
Torpeo, torpui, * Träg und unlustig seyn.

QUEO.

Liqueo, licui, * Weich werden/ Drehen.
Sic: *Deliqueo.*
Torqueo, torsi, tortum & torsum, Beugen.
Contorqueo, contorsi, contorsũ, Herum kehren.

Detor-

Detorqueo, detorsi, detortum, Verkehren.
Sic: *Distorqueo, Extorqueo, Intorqueo, Obtorqueo, Retorqueo.*

REO.

Areo, arui, * Dürre seyn.
Clareo, clarui, * Berühmet seyn.
Sic: *Inclareo.*
Floreo, florui, * Blühen.
Sic: *Defloreo, Efloreo, Refloreo.*
Hæreo, hæsi, hæsum, Hangen.
Sic: *Adhæreo, Cohæreo, Inhæreo.*
Horreo, horrui, * Schrecken haben.
Sic: *Abhorreo, Exhorreo, Inhorreo.*
Mæreo, * * Trauren.
Mæstus verò Nomen est.
Mereo, & or, merui & meritus sum, Verdienen.
Sic: *Demereo, & or, Emereo, & or, Promereo, & or, Commereo, & or, & commeritus sum.*
Torreo, torrui, tostum, Braten/dörren.
Terreo, ui, itum, einen Schrecken einjagen.
Vireo, virui, * Grühnen.

SEO.

Censeo, censui, censum, Schätzen/meinen.
Sic: *Accenseo, Percenseo, Recenseo, Succenseo.*

TEO.

Fæteo, fætui, * Stincken.
Niteo, nitui, * Glantzen/scheinen.

Sic: *Eniteo*, Herfür scheinen.

Pateo, *patui*, * Offen stehen.
Puteo, *putui*, * Stincken.
Putreo, *putrui*, * Faul werden.
Scateo, *scatui*, * Herfür quellen.

VEO.

Aveo, * * Begehren.
Caveo, *cavi*, *cautum*, Sich hüten.
Sic: *Præcaveo.*
Connivéo, *connivi*, & *connixi*, Durch die Finger sehen.
IN LOCO: *Hic, istîc, illic, ibi, inibi, ibidem, alibi, ubi, alicubi, necubi, nuncubi, sicubi, ubiubi, ubicunque, ubique, ubilibet, ubivis, utrobiq;, utrinque, usquequaque, vulgo, passim, intus, foris, uspiam, usquam, nusquam, longe, peregre, supernè, infernè, subtus.* Item: *Suprà, infrà, subter, antè, ponè, pòst, propè, propter, extrà, juxtà,* quando amissis casibus fiunt Adverbia.

DE LOCO: *Hinc, istinc, illinc, inde, indidem, unde, aliunde, alicunde, sicunde, necunde, undelibet, undelicet, undevis, undique, undecunque, undiquaque, utrinque, eminus, cominus, intus, foris, peregre, intrinsecus, forinsecus, extrinsecus, altrinsecus, funditus, radicitus, stirpitus, cœlitus, divinitus, antiquitus, humanitus, infernè, supernè, desuper, usque.*

PER LOCUM: *Hac, illac, istac, quaqua, quacunque, & nequa; siqua, eadem, rectà.*

Ad LOCUM: *Huc, istûc, illûc, eo, eodem, isto, alio, quò, aliquò, nequò, utroque, neutrò, quoquò, quocunque, quovis, quolibet, quopiam, usquam, nusquam, intrò, foras, pergerè, longè, ultrò, citrò, ulterius, porrò, usque.*

VERSUS LOCUM: *Horsum, istorsum, illorsũ, aliorsum, dextrorsum, sinistrorsum, levorsum, introrsum, extrorsum, retrorsum, rursum, prorsum,*

prorsum, seorsum, sursum, deorsum, quorsum, sursumversus, deorsumversus, quoquoversus, introrsus, extrorsus, susque, deque, i. e. sursumque, deorsumque.

Intus, foris, infernè, supernè, *in loco & de loco significant.*

Peregrè, *in loco, de loco & ad locum significat, ut:* peregrè abſũ, peregre abeo, peregrè redeo.

Adverbia loci interdum tempus ſignificant, ut: *hic, ibi,* pro *tum: Ubi* pro *poſtquam.*

II. TEMPORIS; eaque multiplicia:

Alia enim ſunt temporis definiti, eaque

Præſentis, ut: *Hodie, jam, nunc, modò, adhuc.*

Præteriti, ut: *Dudum, jamdudũ, jamdum, pridem, jampridem, antea, ante hac, abhinc, nuper, modo, pridie, heri, nudiustertius, nudius quartus &c.*

Futuri, ut: *Cras, perendie, poſtridie, mox, propediem, deinde, deinceps, de hinc, porrò, poſteà, olim, aliquando, quondam.*

Alia indefiniti, ut: *Aliquando, interdum, ſubinde, quoad, unquam, nunquam, nondum, confeſtim, protinus, continuò, extemplò, ſtatim, citò, actutum, repente, ſemper, usque, perpetuò, æternum, ætatem, diu, jamdiu, aliquandiu, aliquantiſper, pauliſper, modicùm, puſillum, manè, veſperi, oportunè, tempeſtivè, tempori, commodum, dum, cum, quando, ſiquando, quandoque,*

doque, tum nunc, modò nunc, (quando geminatur) *donec, donicum.*

NOTA.

Olim, Aliquando, Quondam, *sunt, Præteriti & Futuri temporis.*

Aliquando, *est etiam temporis indefiniti.*

Usque *est temporis indefiniti, absolutè positum, significat* stets: *cum particulâ* A *vel* inde, *significat* von: *cum præpositione* Ad, *significat* biß.

III. NUMERI: *Semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, novies, decies, undecies, duodecies, tredecies, quaterdecies, quindecies, sedecies, decies septies, decies-octies, novies-decies, vicies, vicies-semel, vicies-bis, vicies-ter, vicies-quater, vicies-quinquies, vicies-sexies, vicies-septies; vicies-octies, vicies-novies, tricies, quadragies, quinquagies, seu quinquagesies, sexagesies, septuagesies, octagies, nonagies, centies, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, sexcenties, septingenties, octingenties, nongenties, millies, toties, multoties, aliquoties, sæpe, raro, rursus, iterum, tertiùm, quartum, &c.*

IV. AFFIRMANDI: *Ita, etiam, sic, quidni, maximè, omninò, planè, sanè, certè, verè, revera, reapse, imò, quidem, equidem.*

V. NEGANDI: *Haud, non, nequaquam, haudquaquam, neutiquam, minime, nullatenus.* Item illa, quæ pariter extenuant & negant, ut: *Ne,* sequente

te *quidem*: *Nec & nihil*, adverbialiter sumtum ut: *Nihil circuitione uti*, id est, *nullâ*.

VI. DEMONSTRANDI: *En*, *ecce*, & *Hem*, *apud Comicos*.

VII. DECLARANDI, ut: *Nempe*, *scilicet*, *videlicet*, *nimirum*.

VIII. OPTANDI: *Utinam*, *ô ôsi*, *ita*.

IX. HORTANDI: *Eja*, *age*, *agite*, *agedum*, *agitedum*, *cedo*, *sis*, *prosis*, *sodes*, *prosi audes*, *sultis*, *prosi vultis*, &c.

X. ORDINIS: *Primò*, *secundò*, *tertiò*, *postremò*, *ultimò*, *deinde*, *tum*, *postea*, *præterea*, *denique*.

XI. INTERROGANDI Adverbia alia quærunt, an sit, ut: *Num? numquid? an? utrum? annon? nonnè*, & *ne*, *Enclitica?* Alia quærunt de Causa, ut: *Cur? quare? quamobrem? quapropter? quidità? quidni? quin? pro*, *cur non?* Alia de loco, ut: *Ubi? Utrobi? utrò? unde? quò? quorsum?* Alia de Tempore, ut: *Quando? quoad? quousquè? quamdiu?* Alia de Numero, ut: *Quoties?* antiquè *quotiens?* Alia de Quantitate, ut: *Quantum? quantulum?* Alia de Qualitate, ut: *Quomodo? qui? qualiter?* Alia de Intensione, ut: *Quàm*, *quantopere?*

XII. SIMILITUDINIS: *Ita*, *ut*, *uti*, *velut*, *veluti*, *sic*, *sicut*, *sicuti*, *tanquam*, *perinde*, *prout*, *ac si*, *quemadmodum*, *quasi*, *ceu*, *item*, *itidem*.

XIII. QUALITATIS: *Ita, sic, aliter, sicut, bene, malè, pulchrè, fortiter, subito, vicissim, invicem,* id est, per vices, *contra,* i. e. contrario modo, *susque, deque* (nisi localiter exponas) *omnino, breviter, strictim, punctim, furtim, raptim, qualiter, qualitercunque, utcunque, &c.*

XIV. QUANTITATIS: *Multum, parum, pusillum, aliquantum, modicum, satis, nimium, plurimùm, longè, profundè, crassè.*

XV. INTENDENDI: *Valdè, prorsus, omnino, penitus, perquam, nimisquam, admodum, adeo, tàm,* so sehr / *quàm,* wie sehr / *ut, pro* quàm, *magnoperè, maximoperè, summoperè, tantoperè, vel etiam.*

XVI. REMITTENDI: *Sensim, paulatim, pedetentim, propè, propemodùm, fermè, ferè, penè, ægre, vix, aliquantum, quasi, paulo, paululùm, parumper, clanculum, longiusculè, meliusculè, sapiusculè, bellè, tantùm non, modo non.*

XVII. DUBITANDI: *Utrum, an, num, ut* enclitica, cum significat, ob / oder. Item: *forsan, forsitan, fortassis, fortasse,* & *fors* poeticè.

XVIII. MINUENDI: *Saltem, minimum, at, certè, vel.*

XIX. COMPARANDI: *Magis, minùs, tàm, quàm, præcipue, imprimis, præsertim, tanquam, æque, perinde,* item omnia Adverbia Comparativa & Superlativa, ut: *Sapius, diutius, &c.*

XX.

XX. SEPARANDI: *Seorsim, separatim, privatim, secus, secreto, divisum, singulatim, sigillatim.*

XXI. CONGREGANDI *Seu* Comitandi: *simul, unà, pariter, collectim, summatim, gregatim.*

XXII. JURANDI: *Næ, profectò, vero, amen.* Sic & hæc sequentia Ethnica seu Diabolica potius, quam Christiana: *Pol, id est, per Pollucem, Ædepol, id est, per ædem Pollucis. Ecastor, id est, per ædem Castoris, Mecastor, Mehercules, quasi, ita me Castor, ita me Hercules juvet. Medius fidius id est, per DEUM Fidium, quem fidei præesse crediderunt.*

XXIII. CORRIGENDI: *Imo, quinimo, potius, magis, verius.*

XXIV. PROHIBENDI: *Ne, nequaquam, minime.*

XXV. EXCLUDENDI: *Solùm, tantùm, modo, tantummodo, solummodo* (non est Ciceronianum) *duntaxat, par, unicè, præcisè.*

XXVI. RESTRINGENDI: *Quà, quatenus, quod, dummodo.*

XXVII. EVENTUS: *Forte, fortuito, casu, forte, fortuna, invanum, incassum, frustra, inaniter.*

COMPARATIO.

Comparantur Adverbia 1. orta â nominibus Adjectivis comparabilibus, ut:

Fortiter,	*fortius,*	*fortissime.*
Docte,	*doctiùs,*	*doctissime.*

Celeriter,	*celerius,*	*celerrime.*
Invite,	*invitiùs.*	*invitissime.*
Parum,	*minus,*	*minimè & minimum.*
	Magis,	*maxime.*
	Ocyus,	*ocyssime.*
Nuper,	*nuperius,*	*nuperrime.*
Prope,	*propius,*	*proxime.*
Valide,	*validius,*	*validissime.*

Et per Syncopen.

Valde,	*validius,*	----sine Superlativo
Serò,	*seriùs,*	

Etiam non nata ex nominibus, ut:

Sæpè,	*sæpius,*	*sæpissime.*
Diu,	*diutius,*	*diutissime.*
Pene,		*penissime.*
Penitus,	*penitiùs,*	*penitissime.*
Satis,	*satius.*	
Secus,	*secius.*	
Tempori,	*temporiùs, &c.*	

Cap. XXIX.

De Conjunctione.

Conjunctio est vox, quæ conjungit ordinatque sententiam.

Conjunctioni accidunt tria: Figura, Significatio, & Ordo.

Figu-

Figuræ sunt duæ; Simplex, ut: *Quando*, Composita, ut: *Quandoquidem.*

Potestas seu significatio est multiplex, videlicet: *Copulativa, Disjunctiva, Conditionalis, Exceptiva, Concessiva, Adversativa, Causalis, Conclusiva, Explanativa, Electiva, Continuativa, Completiva.*

1. Copulativæ: *Ac, atque, &, etiam, item, itemque, nec, neque, neu, neve, que, quoque, cùm, tùm, simul, quinetiam, sed &, adeò pro etiam.*
2. Disjunctivæ: *Aut, seu, seu, sive, sive, vel, vel, sed.*
3. Conditionales: *Si, sin, ni, nisi, siquidem, modò, dum, dummodo, quodsi, quoad, quatenus alioqui, cæteroqui, aliàs.*
4. Exceptivæ: *Nisi, præterquam, extraquàm.*
5. Concessivæ: *Etsi, etiam, etiamsi, quanquam, quamvis, licet, ut, quidem, equidem, sanè.*
6. Adversativæ: *Ast, atqui, autem, interea, interim, tamen, sed, enim, verò, verum, verumenimverò.*
7. Causales: *Enim, etenim, nam, namque, quia, quòd, quò, quoniam, quippe, quando, quandoquidem, siquidem, ideo, propterea, cùm, postquam, ut, ne, quò, quin.*
8. Conclusivæ: *Ergo, ideo, igitur, id circo, itaque, proinde, propterea, quare, quamobrem, quapropter, quocirca, utique.*

9. Explanativæ: *Seu sive, vel, &, scilicet, videlicet, nempe, nimirum, puta, utpote, ut.*
10. Electivæ: *Quam, ac, Atque.*
11. Continuativæ: *Primùm, deinde, præterea, tum, item, insuper, denique, postremò, porro, cæterum, adhoc, adhuc.*
12. Completivæ: *Nam ergo, igitur, quidem, equidem, sane, dum.*

DE ORDINE.

Ordo Conjunctionum est triplex: Aliæ sunt *Præpositivæ*; Aliæ *Postpositivæ*; Aliæ *indifferentes.*

Præpositivæ, quæ in oratione tantum præponuntur: *atque, ac, &, sed &, sed etiam, verum, verumetiam, nedum, nec, neque, tum, quin, quinetiam, sic, ast, extra, quàm, imò, sed, quod præterquam, quamvis, aut, vel, an, sive, seu, etiam, nam, namque, sic, quapropter, quocirca.*

Postpositivæ, quæ in oratione tantùm postponuntur, *enim, autem, quoque, verò, quidem* & Encliticæ: *que, ne, ve.*

Indifferentes, hoc est, quæ indifferenter modo præponuntur, modo postponuntur, ut: *adeo, etiam, item, itemque, insuper, vel, si, ni, nisi, alioquin, interim, ut licet, tamen, porrò, enimvero, ut, uti, quod, siquidem, equidem, ne, ergo, ita, itaque, igitur.*

CAP.

Cap. XXX.

De PRÆPOSITIONE.

PRæpositio est, quæ aliis dictionibus præponitur; & interdum Accusativo, interdum Ablativo, interdum utrique servit.

Una & triginta Præpositiones serviunt Accusativo: *Ad, apud, ante, adversus* vel *adversum, cis, citra, circum, circa, circiter, contra, erga, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, penes, per, pone, post, præter, prope, propter, secundum, secus, supra, trans, versus, ultra & usque.*

Quindecim serviunt Ablativo: *A, ab, abs, absque, clam, coram, cum, de, e, ex, præ, pro, palam, sine, & tenus.*

Versus & tenus *suo casui postponuntur.* Usque *modo præponitur, modò postponitnr.* Palam & Procul *fiunt adverbia.*

Quatuor serviunt utrique casui: *In, sub, subter & super.*

Præpositiones inseparabiles: *An*, vel *Am, Con, Di, Dis, Re, Se.*

Cap. XXXI.

DE INTERJECTIONE.

INterjectio est, quæ animi affectum voce inconditâ significat.

Admirantis: *Papæ, hui, hem, ehem, vah.*
Comminantis: *Væ, hem.*
Deteſtantis: *Apage, phy, obe.*
Dolentis: *Heu, eheu, ah, proh, o, hei.*
Gaudentis: *Evax, jo, jo, evohæ, ju.*
Hortantis: *Ęja, euge.*
Indignantis: *Hem, proh, ehem, vah, hau, oh, o, malùm.*
Irridentis: *Hui, vah, hem, eja, oh.*
Metuentis: *At, at, ob, hei, au.*
Ridentis: *Ha ha he.*
Silentium præcipientis: *ſt, au, pax, ho.*
Blandientis: *Eja, Sodes, Amabo, quæſo.*
Lachrymantis: *Hei, hoi, oh, ohe.*
Vocantis: *ô, heus, eho.*
Revocantis: *Ęia.*
Reſpondentis: *Hem, ehem.*
Exclamantis: *ô, prò vel proh, adeô.*

LIBER

LIBER. III.

De

SYNTAXI.

SYntaxis est pars Grammaticæ, quæ rationem tradit conjungendarum dictionum, seu contexendæ orationis.

Syntaxis seu Constructio est duplex, *Regularis*, quæ regulas communes sequitur: & *Figurata*, quæ à regulis communibus excipitur.

De

CONSTRUCTIONE REGULARI.

Cap. I

De Syntaxi Nominis Substantivi.

REGULA I.

Duorum *vel plurium* Substantivorum *sine Conjunctione positorum*, quæ rem eandem significant, est idem casus; id *Appositionem* vocant, ut:

Hor. *Et genus & formam regina pecunia donat.*
Ovid. *Effodiuntur opes irritamenta malorum.*
Autor ad Heren. *O virtutis comes invidia, quæ bonos insequeris plerumque atque adeò infesturis.*
Plin. *Arbor laurus fulmini non est obnoxia.*
Idem. *Lingua herba nascitur circa fontes.*
Cic. *Tullia delicia nostræ, suum munusculum flagitat.*
Plin. *Tongri civitas Gallie fontem habet insignem.*
Idem. *Volsinij oppidum Tuscorum opulentissimum eoneurematum fulmine.*

II.

Duorum Substantivorum, quæ res diversas significant, alterum est Genitivi casus, ut:

Suavitas sermonum non mediocre condimentum est amicitiæ.
Cic. *Conscientia rectæ voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum.*
Cic. *Fors domina campi.*
Plin. *Aures hominum novitate lætantur.*
Senec. *Spes est ultimum adversarum rerum solatium.*
Juvenal. *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.*
Terent. *Omnium rerum vicissitudo est.*
Publ. Syr. *Injuriarum remedium est oblivio.*
Idem. *Spes præmii laboris est solatium.*

OBSERVATIONES.

1. Eadem ratio & Pronominum primitivorum, aliorum item Adjectivorum est, quando absolutè pro Substantivis ponuntur, ut:

Ad Heren. *Cujus omnis in pecunia spes, ejus à sapientia est animus remotus.*

Plaut.

Plaut. *Voluptas esca, malorum.*
Attius. *Is demum miser est, cujus miseriam nobilitas nobilitat.*

2. Adjectiva Neutro genere pro Substantivis usurpata, Substantivorum more Genitivũ adsciscunt: quod *Atticismum* nominant, ut:

Ovid. *Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.*
Ter. *Communia sunt amicorum inter se omnia.*
Hor. *Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.*
Idem. *Si tacitus pasci potuisset corvus, haberet*
Plus dapis, & rixæ multò minùs invidiæque.
Quantum quisque sua nummorum possidet arca.
Tantum habet & fidei. Juven.
Non temerè incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. Liv. Lib. 30.
Sic: *Multum pecuniæ. Id negotii. Id ætatis.*
Nihil novi, Aliquid boni.

III

Nomen Substantivum adsciscit Genitivum vel Ablativum, cum formam vel qualitatem alicujus describimus, ut:

Non multi cibi hospitem accipies, sed multi joci.
Vir magni consilii.
Ingenui vultus puer ingenuique pudoris: vel
Ingenuo vultu puer ingenuoque pudore.
Homo antiquâ virtute & fide.
Civitas æquissimo jure & fœdere, vel *æquissimi juris & fœderis.*

In horum quibusdam ferè Genitivus solus usitatus est, in quibusdam usitatior Ablativus; de quibus potissimùm usus consulendus est.

CAP.

Cap. II.

De Constructione Nominis Adjectivi.

I

In casu eodem.

REGULA I.

Adjectivum & Substantivum eodem Genere, Numero & Casu cohærent, ut:

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.
Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. Juven.
Parva sæpe scintilla contemta magnum excitavit incendiũ. Curt.

OBSERVATIO.

Quando duo Adjectiva concurrunt, alterum induit naturam Substantivi, ut:

Amicus certus in re incerta cernitur. Enn.
Donec eris felix, multos numerabis amicos. Ovid.
Crudelem medicum intemperans æger facit. Publ. Syr.
Senex fortunatus. Omnia præclara rara.
Humana ferenda sunt.

II.

In casu diverso, ut

Genitivo.

REGULA I.

Adjectiva, quæ curam, desiderium, notitiam, memoriam, metum, & laudem ali-

aliquam; aut his contraria significant, Genitivos adsciscunt, ut:

Et ruit in vetitum damni secura libido.
Natura hominum novitatis avida. Plin.
Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum.
Tempus & assueta ponere in arte juvat.
Conscia mens recti famæ mendacia ridet. Ovid.
Nescia mens hominum fati sortisque futuræ. Virgil.
Venturæ memores jam nunc estote senectæ.
Sic nullum vobis tempus abibit iners. Ovid.

Curæ.

Anxius gloriæ. Securus amorum. Diligens officii. Incautus futuri. Nolim caterarum rerum te socordem eodem modo. Incuriosus famæ.

Desiderii.

Avidus laudis. Cupidus veritatis. Fastidiosus Latinarum literarum. Studiosus omnium doctrinarum. Suæ pecuniæ parcus, publicæ avarus.

Notitiæ.

Imprudens harum rerum, ignarusque omnium. Non ignara mali miseris succurrere disco. Peritus juris. Imperitus literarum. Gnarus, Ignarus Reip. Rudis rei militaris. Nescius fraudis. Incertus consilii. Mens præsaga mali. Certus eundi. Dubius animi.

Memoriæ.

Vive memor lethi. Immemor beneficii.

Metus.

Timidus procellæ. Mens interrita lethi. Audax animi. Fidens animi. Trepidus salutis.

Lau-

Laudis.

Egregius animi. Præstans animi, Integer vitæ scelerisque purus. Impotens iræ. Cæcus animi. Reus furti, cædis, voti. Insons cædis.

Ex his quædam Nomina Notitiæ & Criminis etiam alios Casus recipiunt: quod usus & lectio Autorum docebit.

II.

Verbalia in Ax & Participia, cum in nomina degenerant, etiam Genitivos adsciscunt, ut:

Capax disciplinæ. Tenax juris. Pertinax recti. Tempus edax rerum. Patiens inediæ. Appetens alieni. Profusor sui. Ferax oleæ. Amans patriæ. Fugiens laboris. Fugitans litium. Metuens virgæ, legum. Sciens locorum, &c.

III.

Comparativi, Superlativi, & quæcunque præterea partitionem vel Collectionem significant, Genitivum Pluralem adsciscunt, qui totum significat, & exponitur per DE (*quod rariùs*) E, EX vel INTER, ut:

Uter, Alter, Neuter, Major, fratrum, de duobus ferè dicitur.

Quis, Nemo, Nullus, maximus fratrum de pluribus.

Nemo mortalium omnibus horis sapit. Plin.

Nemo omnium tam est immanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio. Cic.

Incertum est, quam, longa nostrûm cuique vita futura sit.

Manuum agilior est dextera.

Digitorum longissimus est medius.

Achilles est fortissimus Græcorum.

Elo-

Eloquentissimus Oratorum Cicero.
Optimus Poetarum Virgilius.
Salomon fuit omnium Regum sapientissimus.
Saturnus est altissimus Planetarum.
Militum decimum quemque securi percussit.
Multæ earum arborum mea manu satæ sunt.

Observatio.

Superlativus hic plerumque antecedenti Substantivo nonnunquam etiam Genitivo sequenti in genere respondet, ut:

Modus omnium rerum utilissimus. Cic.
Viola alba est prima florum vernuntiantium. Plin.
Mors sit extrema malorum. Quint.
Villosissimus animalium lupus. Plin.
Memorumque Jovis, quæ maxima fertur Esculus. Virg.
Ovidus de se ipso: *Sic ego sum rerum non ultima, Sixte, tuarum.*

IV.

Superlativi regunt etiam Genitivum singularem nominis Colectivi, ut:

Unus totius Græciæ facilè doctissimus Plato. Cic.
Quem unum nostræ civitatis præstantissimum audeo dicere.
Hujus ætatis homines disertissimos, ornatissimos nostræ civitatis. Cic.
Danaûm fortissime gentis Tydide. Virgil.

NOTA.

Partitionem significant, quæ exponi possunt per E, EX, INTER, ut: *Alter, Alius, Solus, Nullus, Nemo, Plerique, Quis, Uter, Quotus cum compositis, &c.*

Collectivum nomen est, quod in singulari numero multa significat, ut: *Gens, Turba, Pars, Populus, Plebs, Civi-*

Civitas, Oppidum. Cœtus, Legio, Exercitus, Ætas, Gracia, Italia, pro Græcis, Italis.

III.
DATIVO.

Dativum adsciscunt, quæ commodum, facilitatem, similitudinem, affinitatem aliquam, aut contrà, significant.

Commodi.

Non bonus est somnus homini à prandio. Plaut.
Cultura agrorum universo generi humano salutaris est. Cic.
Verecundia viro egeno est inutilis.
Nulla lex satis commoda omnibus est. Livius.
Malum consilium consultori pessimum.
Exitiosus Reip. Pernitiosus Patriæ. Noxius oculis.

Facilitatis.

Nil mortalibus arduum est. Hor.
Quod unum simplexq; est, id est naturæ hominis aptissimum. Cic.
Verba innocenti reperire facile est, modum verborum misero tenere difficile. Curt. l. 6.
Si tibi grave molestumque non fuerit.
Invia virtuti nulla est via.

Similitudinis.

Vita hominis similis est ferro, quod si exerceas, atteritur; si non exerceas, rubigo consumit.
Occultator aliena laudis furi par est.

Affinitatis.

Flamma fumo proxima. Plaut.
Proximus egomet mihi. Ter.
Et mala sunt vicina bonis. Ovid.
Omni ætati mors communis est. Cic.

Per

Pertinacia perseverantiæ finitima est, superstitio religioni. Cic.

Amicitiæ.

Patria hominibus non minus chara esse debet, quàm uxor & liberi.

Dulce bellum inexpertis. Veget.

Sic dicimus: *Familiaris, conjunctus, propinquus, necessarius, cognatus, socius, propitius, iratus, offensus, infensus, infestus, invisus, odiosus, consentaneus, contrarius, aversus, adversarius alicui &c.*

Pertinent huc &: *Honorificus, contumeliosus, gratus, acceptus, jucundus, laboriosus, periculosus, formidolosus, fidelis, suspectus, peculiaris, notus, ignotus, perspicuus, obscurus, dubius, obvius, supplex, &c.*

Excipe:

I. *Similis, Dissimilis, Affinis, Par, Proprius,* præter Dativum etiam Genitivum adsciscunt, ut: *Similis majorum. Quem metui par hujus erat. Affinis suspicionis. Populi Romani propria est libertas.*

II. *Communis* præter Dativum adsciscit etiam Genitivum & Ablativum antecedente præpositione, ut: *Commune omnium animantium. Hoc mihi commune est cum cæteris.*

III. *Utilis, inutilis, idoneus, aptus, habilis, accommodatus, opportunus, pronus* etiam præter Dativum adsciscunt Accusativum cum Præpositione, ut:

Inutilis ad pudicitiam & ad tutandem rem. Ter.

Non essem ad illam causam idoneus, si hoc non viderem. Cic.

Calcei habiles & apti ad pedem. Cic.

Aptus ad virtutem, ad insidias. &c.

Accommodatus ad naturam. Cic.

Ad omnia hæc magis oportunus, nec magis ex usu tuo nemo est. Ter.

Campus ad solem pronus.

IV.

ABLATIVO.

REGULA I.

Adjectivum (interdum quoque Substantivum) adsciscit Ablativum, qui causam, instrumentum, modum, partem, aut similem circumstantiam significat:

Causæ.

Deteriores omnes sumus licentia. Ter.
Lassus cura. Fessus cursu, labore.

Instrumenti.

Validus ense. Promptus manu.

Modi.

Consilia audacia primâ specie lata sunt, tractatu dura, eventu tristia. Liv. l. 35.
Grandis natu. Major natu. Minor natu.

Partis.

Æger oculis, pedibus. Quietus animo.
Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus.
Ennius ingenio maximus, arte rudis. Ovid.

Similis circumstantiæ.

Famâ super æthera notus.
Genere Lesbius. Natione Syrus.
Sic: *Ætate puer. Pietate filius. Nomine Cicero.*
Natura tu illi pater es, consiliis ego, &c.

II.

Comparativi adsciscunt Ablativum, qui exponitur per Quam, Ac, vel Atque, ut:

Vilius

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. Hor.
Nihil est libertate pretiosus, id est, quam libertas.
Terentius negat homine imperito quidquam esse injustius, id est, quam hominem imperitum.
Bona opinio hominum tutior pecunia est. Pub.
Asperius nihil est humili, cum surgit in altum. Claud.
Nec miserius est quicquam homine, nec superbius. Plin.

Observatio.

Comparativus eleganter recipit hos Ablativos: *Solito, Æquo, Justo, Spe, Opinione, Debito*, ut:
Tardior solito dies orta.
Major spe, opinione.

III.

Comparativis etiam alius Ablativus adjungitur, qui modum excessus significat, ut:
Est major me quatuor annis.
Sesquipede est, quam tu longior.
Sol multis partibus major est terra.

IV.

Dignus & Indignus, item *Fretus, Præditus, Contentus, Venalis, Carus & Vilis* adsciscunt Ablativum, ut:
Dignum laude virum Musa vetat mori. Hor.
Hominis præstantia indigna est voluptas. Cic.
Sic: *Fretus amicitia, ingenio, opibus.*
Præditus virtute, ingenio, arte, gloria.
Contentum suis rebus esse, maxima sunt certissimaque divitia. Cic.
Non venale auro. Quod non opus est, asse carum est. Sen.
Vilis viginti minis. Plaut.

(*Dignus* & *indignus* per Græcismum etiam cum Genitivo usurpantur, ut: *Descendam magnorum haud unquam indignus avorum.*)

V.

Adjectiva, quæ ordinem aut diversitatem significant, Ablativum adciscunt, sed plerumque cum Præpositione A vel Ab, ut:

Secundus à rege. Primus ab illo. Proximus à Jove. Alius ab hoc. Diversus ab illo. Alienus à literis. Alienum institutis meis. Nihil facies alienum necessitudine nostra.

Sed *Alienus* præter Ablativum sive solum, sive cum præpositione, habet etiam Genitivum & Dativum, ut:

Quis alienum putet ejus esse dignitatis, quam mihi quisque tribuis, quod optimum sit exquirere? Cic.

Id dicit, quod illi causæ maximè est alienum. Cic.

Dicimus etiam: *Haud ulli veterum virtute secundus.* Virgil.

Cap. III.

De Adjectivis, quæ non uno saltem Casu cum Nomine construuntur.

REGULA I.

Adjectiva, quæ copiam aut inopiam significant, vel Genitivum, vel Ablativum, vel utrumvis recipiunt.

Adjectiva Copiæ.

Dives, opulentus, locuples, fœtus, fœcundus, gravidus, onustus, plenus, refertus, satur, Macte & Macti.

Ad-

Adjectiva Inopiæ.

Cassus, captus, egenus, expers, extorris, inops, immunis, jejunus, indigus, inanis, liber, nudus, orbis, pauper, sterilis, truncus, vacuus, viduus, ut:

Dives pecoris. Dives agris. Dives, positis in fœnore nummis.
Stultorum plena sunt omnia. Plenus fide.
Insula referta divitiis. Mare refertum prædonum.
Inops amicorum, consilii. Inops verbis.
Macte animi, virtutis. Macte virtute.
Inanis prudentia. Inanis re utili.
Vacuus curis, Vacuus cadis, Ager frugum vacuus.

NOTA.

I. Quædam Genitivum tantùm recipiunt; *Compos, Impos, Particeps, Expers, Consors, Exors, Fertilis, Benignus, Liberalis, Largus,* ut:

Vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.
Impos mentis. Particeps rationis. Expers consilii, Fertilis frugum Largus opum.

II. Rarò Genitivum, sed Ablativum frequenter habent *Captus, cassus, locuples, nudus, onustus, orbus.*

III. Ablativum etiam cum Præpositione A vel Ab recipiunt: *Extorris, inops, immunis, liber, nudus, purus, vacuus, ut:*

Inops à verbis, ab amicis. Animus vacuus à curis.
Liber ab omni sumtu. Extorris à solo patrio.
Immunis à bello.

II.

Longus, Latus, Altus, Crassus, Accusativum sæpiùs, quàm Ablativum recipiunt, ut:

Mensis unum & triginta dies longus.
Storea quatuor pedes lata.

Caulis palmum altus.
Liber crassus tres digitos.
Longum sesquipede, latum pede.
Fossam sex cubitis altam cum duxisset.
Interdum & Genitivum: *Trabs pedum viginti duorum longa.*
Area lata pedum denûm.

III.

Opus von nöhten / plerumque Ablativo, rarius Nominativo jungitur.

Ubi rerum testimonia adsunt non opus est verbis. Cic.
Vino vendibili non opus est suspensa hedera.
Priusquam incipias consulto, ubi consuluerit, maturè facto opus est. Salust.
Opus est Hircio convento.
Dux & autor nobis opus est.
Argento tibi quantum opus est? Sola triginta minæ.

Observat.

I. Interdum, sed rarius, regit etiam Genitivum & Accusativum, ut;
Hic erit artis opus. Ovid.
Video mihi opus esse viaticum. Cic.
II. Interdum voci *opus* additur Infinitivus aut Supinum in U, ut:
Per opus est nunc cum ipsa loqui. Ter.
Scitu opus est. Dictu opus est.
III. Sæpe etiam sine casu ponitur, ut:
Si opus erit, faciam te certiorem.

Cap. IV.

De Constructione Pronominis.

REGU-

REGULA I.

Relativum cum antecedente Substantivo necesse est Genere & Numero consentire: Casu non semper convenit; nam is sequenti verbo respondet, ut:

Quo semel est imbuta recens servabit odorem.
Testa diu. Horat.
Nulla fides pietasque virûs, qui castra sequuntur. Lucan.
Nullus est dolor, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. Cic.

II.

Relativum *Qui, Quæ, Quod*, positum inter duo Substantiva diversorum generum, sæpius antecedenti, interdum sequenti congruit.

Antecedenti, ut: *Unus erat toto natura vultus in orbe, Quem dixêre chaos.* Ovid.
Sequenti, ut: *Animal plenum consilii, quem vocamus hominem.* Cic.
Idem velle & idem nolle, ea demum firma est amicitia.

III.

Relativum interdum refert totam orationem præcedentem, idque in Genere Neutro, ut:

Qui virtute præditi sunt, soli, quod est proprium divitarum, contenti sunt rebus suis.
Omnia suo tempore facito, id in rebus omnibus est primum.
In tempore ad eam veni, quod rerum omnium primum est Terentius.

IV.

Interrogativum & Redditivum casu convenire debent, ut:

Quis me sequitur? Nemo.
Cujus scripta censes maximè imitanda esse? Ciceronis. Terentii, Cæsaris.
Cui vis hoc dem? Petro.
Utrum vis accersam, Petrumne an Johannem? Johannem.
Quo morbo fuisti impeditus? assidua febricula.

Observatio.

Est verò ubi alio casu respondendum est, ut:
Quanti emisti? tribus florenis.
Cujus est hæc oratio? Mea, Tua, Cæsaris.

V.

Genitivi, Pronominum Primitivorum, *Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri*, junguntur nominibus Affectuum, & Passivè significant, ut:

Non scribam plura, ne tibi mei desiderium, refricem, id est, quo abs te desideror.
Victus amore tui, id est, quo tu amaris.
Nihil contra me fecit odio mei.
Nomina affectuum sunt: *Cura, fastidium, amor, odium, desiderium, charitas, timor, memoria, spes, vindicta, studium.*

At Possessiva activè accipiuntur, ut:

Ne refricem meis, literis desiderium & dolorem tuum, ist est quo tu angeris.
Aliorum in te odium, tuo in alios odio metiris.
Sic: *Imago tua*, quam tu possides *Imago tui*, quæ te repræsentat. *Pars tua*, quæ tibi debetur: *Pars tui*, scilicet, manus, pes, corpus, animus, ut:

Si

Si cui formoso mens est in corpore turpis,
Parte sui nulla turpior esse potest.

IV.

Pronominibus Possessivis, præter hos Genitivos, *Ipsius*, *solius*, *unius*, *ipsorum*, *duorum*, *trium*, *paucorum*, *plurium*, *cujusq;* *omnium*, junguntur etiam, sed rarius, participiorum & aliorum quorundam Nominum Genitivi, ut:

De tuo ipsius studio conjecturam ceperis. Cic.
Noster duorum eventus ostendet, utra gens bello sit melior. Liv.
Solius meum peccatum corrigi non potest. Cic.
Tuâ unius culpa. Mea unius operâ liberatus est.
Aves fœtus suos, cum visi sunt adulti, libero cœlo, suaque ipsorum fiducia permittunt. Quintil.
Incertum est, quam longa nostrum cujusvis vita futura sit, Cicero.
Nemo est, qui vestris paucorum laudibus respondeat.
Vestræ omnium voluntati paruit.
Flevisti & nostros vidisti flentis ocellos. Ovid.
——— *Sæpe rogabis.*
Ut mea defuncti moliter ossa cubent. Ovid.
——— *Cum mea nemo.*
Scripta legat, vulgo recitare timentis. Horat.
Tuum hominis simplicis pectus vidimus. Cic.
Quod meum factum dictumve Consulis gravius, quam tribuni audistis, hoc est, *factum meum, qui sum Consul.*

NOTA.

Quando Pronomen Possessivum sequitur, *Qui*, *Quæ*, *Quod*, cum verbo, tunc convenit Relativum antecedente suo substantivo, de quo agit, ut:

Nos tua arma secuti sumus, quem victorem fore sperabamus,

Cum caterorum discessu, nostra tamen, qui remansissemus, cade contentum te dicebas.

Nec mea verba legis, qui sum submotus ad Istrum. Ovid.

Omnes laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio praditum. Terent.

Cap. V.

De Constructione Verbi.

Nominativus cum Verbo.

REGULA I.

Nominativus præcedit verbum Personale finitum, simili Numero & Persona, ut:

Ego doleo, Turides, Ille ringitur.
Labor omnia vincit. Audentes fortuna juvat.
Caput agitur, non pecunia. Culpâ nemo caret.
Ferrum tuetur Principem; melius fides. Sen.

EXCEPTIO.

Est & cum Infinitivus, aut tota oratio infinita pro Nominativo, Græca consuetudine usurpatur, ut:

Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri.
Didicisse fideliter artes emollit mores.
Est virtus placitis abstinuisse bonis.

II.

Utimur verbis primæ & secundæ personæ, dissimulatis ferè Pronominibus, quæ nunquam propemodum ponuntur, nisi discretionis aut Emphasis causâ, ut:

Vivo

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0174
DFG

Vivo equidem, vitamque extrema per omnia duco.
Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.
Durate & vosmet rebus servate secundis.
Tu ais, ego nego. Tu hos instrue, ego hic ero post principia.

II.

Tertiâ quoque personâ quandoque absolutè sine Nominativo utimur, in iis videlicet, quæ per Ellipsin, seu secundum intellectionem dicuntur, ut:

1. *Ajunt, dicunt, ferunt, perhibent, tradunt,* scilicet homines.
2. *Tonat, pluit, ningit, lucescit, noctescit, vesperascit,* scilicet cœlum aër.
3. In Impersonalibus passivis, ut: *Vivitur, statur, agitur.*

III.

Verba Substantiva *Sum, Forem, Fio,* & *Existo:* Item *Evado, Maneo, Nascor,* præcedunt & sequuntur Nominativi, ut:

Consuetudinis magna vis est. Sermo est character animi.
Mors est certa, sed hora mortis incerta.
Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi.
Meus frater fit quotidiè doctior & melior.
Utinam hæc vana forent.
Pater tuus extitit mihi auctor ad hanc rem.
Tu evades aliquando vir doctus.
Terra manet immobilis. Christus homo natus est.

V.

Etiam Passiva Verba *Nuncupandi, Existiman-*

ſtimandi & cognoſcendi utrinque Nominativum adſciſcunt.

1. Verba *Nuncupandi* ſunt: Appellor, Dicor, Feror, Jactor, Nominor, Cognominor, Indigitor, Nuncupor, Perhibeor, Vocor, Audior, *pro Dicor*: Item Creor, Deſignor, Renuncior, Eligor, Salutor, Inſcribor & ſimilia, ut:

Cicero appellatus eſt Pater Patriæ.
Ferdinandus deſignatus eſt Imperator.
Balbus tuba bellicivilis nominatur.
Heſiodi liber inſcribitur Opera & Dies.

2. Verba *Exiſtimandi* ſunt: Cenſeor, Exiſtimor, Habeor, Judicor, Reputor, Videor, Appareo, Præſumor, & ſimilia.

Themiſtocles, cum in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior.
Hoc mihi non apparet veriſimile.
Lepidus à Senatu hoſtis eſt judicatus.

3. Verba *Cognoſcendi* ſunt: Cognoſcor, invenior, Reperior, Deprehendor, Evincor, Arguor, & ſimilia, ut:

Semper mihi cognitus es gratus.
Dolabella inventus eſt inimicus noſtris manibus.
Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.

IV.

Cætera quoque verba ſeqvitur aliquando Nominativus, ſed qui geſtum aut modum aliquem ſignificet, ut:

Dormit ſecurus. Bibit jejunus.
Fecit imprudens, invitus. Sedet erectus.
Ij cubitum incœnatus.

(Qui

(Qui Nominativus interdum per Adverbium effertur, ut: Dormit secure.)

Genitivus cum Verbo.

REGULA I.

Verbum est, cum Possessionem, officium, commoditatem, aut ad aliquid pertinere significat, Genitivum postulat, ut:

Jam me Pompeji totum esse scis.
Adolescentis est, majores natu revereri.
Fortis ægroti est, accipere medicinam.
Ea res non est meæ curationis.

Ejusdem generis hæc sunt: *Sive vivimus, sive morimur. Domini sumus. Non est mearum virium.* Quanquam in his, *officium, opus, proprium vel simile quid* ferè subintelligitur.

Sed & Possessiva: *Meum, Tuum, Suum, Nostrum, Vestrum*, in Neutro genere Verbo *Est* juncta, *ad aliquid pertinere* significant, ut:

Mentiri non est meum.
Tuum est, si quid præter spem evenit, mihi ignoscere. Ter.

II.

Verbis æstimandi (*cujusmodi sunt Æstimo, Duco, Facio, Habeo, Pendo, Puto, Sum pro Æstimor*) junguntur hi Genitivi, *Tanti, Quanti, Magni, Maximi, Plurimi, Parvi, Minoris, Minimi, Assis, Pili, Teruncii, Nauci, Flocci, Nihili, Hujus, &c, ut:*

Tanti eris aliis, quanti tibi fueris.
Mea mihi conscientia pluris est quam hominum sermo.
Ego istud hujus, pili, &c. non facio.
Illud pluris, minoris, plurimi est æstimandum.
Illa à me minimi putantur.

Ego

Ego illud non flocci pendo. Omnia ista unius æstimemus assis.
Solum istud æqui boniquefacit.
Ego illud æqui bonique consulo.

Æstimo recipit etiam Ablativum, ut:

Data magno æstimas, accepta parvo.
Na ego istam gloriosam virtutem non magno æstimandam puto.

NOTA.

1. *Æstimo* cum similibus hoc loco significat *magni* vel *parvi facio*. Achten/ Halten; Infra verò inter verba Mercandi. Schätzen anschlagen.

2. *Quanti* hoc loco significat, wie hoch? *Tanti*, so hoch. Infra *Quanti*, wie theuer? *Tanti*, so theuer.

Dativus cum Verbo.

REGULA I.

Quodlibet verbum admittit Dativum personæ aut rei, cui qualicunque modo aliquid acquiritur, vel adimitur, ut:

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.
Nil sine magno vita labore dedit mortalibus.
Quod tibi non vultieri, alteri ne feceris.
Nemini nocere, suum cuique tribuere.
Laborantibus succurrere: Ægris mederi.
Domino vivimus. Domino morimur.

NOTA.

Ab hac regula excipiuntur: *Fovo, adjuvo, adjuto, velo, sequor, imitor*, quæ adsciscunt Accusativum personæ.

II.

Composita cum his præpositionibus, *ad, ante, con, de, in, inter, ob, præ, post, re, sub, & super*, Dativis adhærent, ut:

Nulla

Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm, quæ sunt salutaria.
Sunt qui in rebus contrariis parum sibi constant.
Inopiæ pauca desunt, avaritiæ omnia.
Intendas animum studiis, & rebus honestis.
Ei rei non solum interfuit, verum etiam præfuit.
Quantum scelus est, veritati tenebras offundere?
Videamus, cui eum muneri præpositum velimus.
Præmia virtuti, pœnæ peccato proposita sunt.
Omnia mandato DEI postponito.
In hoc etiam homini amicissimo refragari debes.
Res oculis subjecta est.
Neque deesse, neque superesse Reipublicæ volo.

III.

Sunt & quibus Dativus adjicitur Accusativi loco, vel Ablativi, sed Ablativi frequentius, ut:

It clamor cœlo, pro *ad cœlum.*
Belloque animos accendet agrestes, pro *ad bellum.*
Mulier commigravit huic vicinia, pro *in hanc viciniam.*
Dicere bona sua dotis, pro *ad dotem.*
Solus tibi certet Amyntas, pro *tecum.*
Arcebis pecori, pro *á pecore.*

IV.

Quædam verba pro Dativo etiam alios Casus recipiunt, idque interdum eâdem, interdum diversâ significatione, ut:

Antecedit, antecellit, anteit omnibus & omnes.
Studet bonis artibus, non *bonas artes*: & *hoc unum studet*, id est, *hoc unum agit.*

Auscul-

Auſculto tibi, &, auſculto te.
Caveo tibi, & caveo te.
Ne lingua præcurrat menti, vel mentem.
Confidit ſuæ virtuti, & ſuâ virtute.
Moderari animo, &, Curſum moderatur equorum.
Providere rei frumentariæ, &, rem frumentariam.
Providere ligna in hyemem.
Conſulo tibi, id eſt, tuis rebus proſpicio; Conſulo te, id eſt, conſilium à te peto.
Ita: *Teſtor tibi, & teſtor te.*
Imperitio tibi dolorem meum, & plurimâ te ſalute impertio.
Adſperſit mihi maculam, & adſperſit me maculâ.

V.

Est, pro Habeo, Dativum adſciſcit, ut:

His nunc præmium eſt, qui recta prava faciunt.
An neſcis longas Regibus eſſe manus.
Tecum habita, & noris, quam ſit tibi curta ſuppellex. Perſ.
In regno voluptatis non eſt virtuti locus. Saluſt.
Eſt mihi nomen Petrus.
Obſervandum eſt, etiam dici: *Eſt mihi nomen Petri, & Petro.*
Hecyra eſt huic nomen Fabulæ.

VI.

Quibusdam verbis, ut: *Sum, Duco, Do, Verto, Tribuo, Habeo*, gemini Dativi adduntur; quorum alter Perſonam, alter commodum vel incommodum ſignificat, ut:

Pergite Adoleſcentes, atque in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite, ut vobis honori, & amicis utilitati, & Reipublicæ emolumento eſſe poſſitis.
Venit mihi ſubſidio.
Sicilia tibi præda & quæſtui fuit.

Id

Id arrhaboni relictum est.
Hoc tibi laudi, vitio, crimini, datur.
Dedit mihi pecuniam fœnori, librum pignori, dono, usui.
Quod aliis vitio vertis, id tu tibi ne laudi duxeris. Ver.
Dicimus, *Pecuniam dare, petere, rogare, sumere, mutuam,* non *mutuo.*
Item: *Esse noxæ,* & *esse in noxa. Esse moræ,* & *esse in mora.*

Accusativus cum Verbo.

REGULA I.

Activa Verba, & quæcunque præterea Actionem significant, Accusativum adsciscunt, ut:

Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum.
Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet.
Honos alit artes. Time Deum, Parentes ama.
Præceptores honora. Consolor Johannem. Veneror Præceptorem.
Precor Deum.

II.

Adsciscunt & Neutra quædam Accusativum, vel suæ originis, vel cognatæ significationis, ut:

Currit cursum. Servit servitutem.
Vivit vitam. Somniat somnium.
Ludit lusum. Gaudeo gaudium.
Vox hominem sonat. Olet unguenta de meo.
Ludo aleam. Edormisco somnum, vinum.
Vivo ætatem. Navigo æquor.
Olet hircum. Garrio nugas.

III.

Certa quædam Activa sunt, quæ duos Accusativos adsciscunt, alterum Personæ, alterum

Rei. Sunt autem ferè Verba, *Docendi, Monendi, Rogandi, Postulandi, Nuncupandi, Existimandi, Cognoscendi, Præstandi, Faciendi, Expetendi, Accipiendi.*

Respicit autem posterior Accusativus Quæstionem *Quid* vel *in Quid*? vel *Quale*, vel *Qualem*? ut:

Quid? *Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.*
Erudii te artes belli.
Ea ne me celet, assuefeci filium.
Illi me frumentum flagitabant.
Magistratum nummos poposcit.
Inventus est, qui parentes pretium pro sepulturâ liberûm poscevet.
Eum qui hæc præbet, non tu habeas præsentem Deum?
Virum te judico. Facito te apud illum Deum.
Otium multa mala docet adolescentes.
Dedocebo te istos mores.
Cum rogo te nummos sine pignore, non habeo, inquit.
Hoc modo sine, te exorem.

In Quid, *Adjungo me socium, comitem.*
Dare filiam alicui uxorem.
Sumo te judicem, testem. Capio te arbitrum.

Quālem? Prædico te beatum.
Cognovi te gratissimum omnium.
Da mihi te facilem. Adeò te depexum dabo.

NOTA.

1. Quædam ex his pro altero Accusativo interdum Ablativum recipiunt, cum Præpositione, ut:
Celo te hanc rem &, *de hac re.*
Interrogavit eum quadam Geometrica, & *de quibusdam Geometricis.*
Interrogo te hanc rem &, *de hac re.*
Precor te veniam, &, *Precor abs te veniam.*
Peto te hanc rem, &, *peto abs te hanc rem.*

2. Do-

2. *Doceo, Edoceo, Erudio, Moneo, Admoneo, Rogo, Exoro, Posco*, retinent etiam in Passivo Posteriorem Accusativum, ut:

Doctus abs te Grammaticam.
Per legatos cuncta edocentur.
Graecas literas eruditus.
Rogatus est sententiam.
Nec ea, quæ admonemur, audimus.

Vocativus cum Verbo.

REGULA I.

Vocativi verbis secundæ personæ, & Imperativis præponuntur; aut sine verbo inseruntur orationi, Ornatus vel Affectus causâ, ut:

Tu regere imperio populos, Romane, memento.
Nate Deâ, quo fata trahunt retrahuntque sequamur.
Huc ades, ô Melibœe! DEus nobis hæc otia fecit.
Mi Cornifici hoc facies, & consules ei; vel *hoc fac*, vel *facito*, vel *facias, eique consulas.*

Nam & his temporibus pro imperativo utimur.

Ablativus cum Verbo.

REGULA I.

Ablativo casu efferuntur, quæ Causam, Instrumentum, Modum, Partem, aut similem Circumstantiam significant, ut:

Causæ efficientis.

Oderunt peccare boni, virtutis amore.
Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.
Concordiâ res parvæ crescunt, discordia magnæ dilabuntur.

Instrumenti.

Voluptate homines capiuntur, ut hamo pisces.
Naturam expellas furcâ, tamen usque recurret.
Hisce oculis egomet vidi.
Scripsi hoc meâ manu.
Petiit me saxo. Malo me Galatea petit.
Cadere aliquem virgis, baculo, pugnis.

Modi.

Consiliis magis quam viribus res magnæ geruntur.
Multi magni morbi curantur abstinentia. Cels.
Lento gradu advindictam sui divina procedit ira, tarditatemq; supplicii gravitate compensat. Val. Max.

Partis.

Nos animâ duntaxat vigemus.
Totâ mente atque omnibus artubus contremisco.
Laborare oculis, manibus, pedibus.

Circumstantiæ.

Afficio te honore, molestiâ, damno.
Lepore & humanitate omnibus præstitit Socrates:
Laboco morbo, febri, inopiâ, fame.
Floreo famâ, existimatione, honore, rebus gestis.
Prosequor te amore, benevolentiâ.

1. Quandoque additur præpositio, ut:

Laborat ex pedibus. Summa cum celeritate rem peregit.

2. Ablativus materiæ rarò sine præpositione ponitur, ut:

Opus ex marmore factum.
Ex fici tantulo granotanti trunci procreantur.
Constant è principiis omnia.

II.

Passivorum proprius casus est Ablativus cum Præpositione A, vel Ab, ut:

Com-

Commoda, quibus utimur, à DEO nobis dari atque impertiri videmus.
Deforme est, quos dignitate præstas, ab his virtute superari.
Fabricius respondit, se à cive spoliari malle, quam ab hoste venire.
Laudatur ab his: Culpatur ab illis.
Vapulo à patre, Veneo ab hoste.
Factum est à vobis duriter.
Dicitur à vobis, Scribitur ab omnibus.
Occurritur nobis, & quidem à doctis.

NOTA.

Ablativus verbi Passivi sæpe etiam in Dativum mutatur, ut:

Bono probari malo quam multis malis.
Nulla tuarum audita mihi nec visa sororum.

III.

Ad quæstionem QUANTI respondetur per Ablativum, ut:

Parvo, Paulo, magno, minimo, nimio, plurimo, dimidio, duplo merces vendit.
Nihil carius constat, quam quod precibus emitur.
Redimas te captum, si nequeas paulo, at quanti queas.
Amplissima prædia minimo addixit.
Mina valet coronatis denis, vel *denos*,
Ære merent parvo.
Habitabat sexaginta aureis.
Vix drachmis obsonatus est decem.
Talento inimicum mihi emi, amicum vendidi. Plaut.
Ego spem precio non emo.

Excipiuntur hi Genitivi: *tanti, quanti, quanticunque, pluris, & minoris*, ut:

Quanti quanti benè emitur, quod necesse est.
In nullo loco frumentum tanti fuit, quam ille æstimavit.
Magis illa juvant, quæ pluris emuntur.

Dicimus etiam *pro* Quanti metiris, *Quanto metiris precio? Alibi parvo, magno, majori, vel minori precio emes.*
Item *pro* Pluris & Minoris, *dicimus carius, vilius, melius, pejus emisti, &c.*

IV.

Quæ prohibendi significationem habent, item Auferendi, Abstinendi, Distandi, Ablativum adsciscunt, Sed aliàs cum Præpositione, aliàs si Præpositione, ut:

Est virtus placitis abstinuisse bonis. Ovid.
Prohibeo eum domo.
Facinorosis eùm urbe interdicitur, multo vivunt, quam antea sceleratius.
(Dicimus etiam: *Interdixit ei aquam & ignem.*)
Ab alienis linguam, manus, oculos abstinere: & abstinere se maledictis.
Insaniunt, qui negant, vera à falsis quidquam interesse, vel, *in veris & falsis*, seu, *inter vera & falsa quidquam interesse.*
Totidemque gradus distamus ab illo.
Octo millia passuum à Roma castra posuit.

Prohibendi verba sunt: *Arceo, moveo, amoveo, dimoveo, removeo, averto, deterreo, absterreo, profligo, prohibeo, intercludo, propulso, defendo, custodio, conservo, vindico, redimo, pello* cum compositis, & similia:

Auferendi *Abalieno, abduco, abrado, abstrabo, avello, aufero, avoco, eripio, surripio, furor.*

Abstinendi: *Abhorreo, abstineo, contineo, refreno, cohibeo, cedo, recedo, supersedeo, tempero, ferior.*

Distandi: *Absum, differo, dissono, discordo, disto, exulo.*

V. Ad

V.

Ad Quæstionem *Quando*, vel *Quanto tempore*, respondetur per Ablativum, vel cum Præpositione, vel sine Præpositione, ut:

Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus venturus sit.
Superioribus diebus veni in Cumanum.
Optimis temporibus id efficere non potuimus, nedum his poterimus.
Surgit nocte, & de nocte. In diebus paucis.
Prima luce, (vel, cum prima) luce veniunt. Scripsi tribus horis.
Biduo iter confeci.
Puncto temporis maximarum rerum momenta vertuntur.
An ignoras, magnas arbores diu crescere, una hora exstirpari.

VI.

Ablativos adsciscunt & hæc Deponentia: *Utor, Fruor, Fungor, Potior, Vescor, Dignor, Lætor, Nitor.* Item: *Vivo, Victito, Gaudeo, ut:*

Mente uti non possumus, multo cibo & potu completi. Cicero.
Sciste uti foro. Ter. *Utor vino.*
Ætate fruere: mobili cursu fugit. Sen.
Fruor meis studiis. Fungor officio. Potiri Gallia.
Vescor, vivo, victito lacte, caseo, carne.
Non equidem tali me dignor honore.
Virtute decet, non sanguine, niti. Claudian.
Gaudet patientia duris. Lucan.

NOTA.

1. *Utor, Fungor, Potior, Vescor*, cum Accusativo quoque reperiuntur, ut:
Abutitur operam. Functus est officium.
Patria potitur commoda.
Plaut. *Fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum. Vescentes ova.* Sed hodie sunt antiquata.

2. *Potiri*, cum *vincere* & *imperare* significat, etiam cum Genitivo construitur, ut:
Potiri rerum, oppidi, &c.

Cap. VI.

De Verbis, quæ non uno cum casu construuntur.

REGULA I.

Verba Memoriæ & Oblivionis, modo Genitivum, modò Accusativum, modò utrumvis adsciscunt, ut:

Vivorum memini, nec mortuorum possum obliviscì.
Est proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. Cic.
Filia, obliviscere domum patris tui.
Omnia ejus dicta & facta memini.
Memini tui, non te; *& hujus rei, & hanc rem.*
Recordari pueritiæ, & *memoriam pueritiæ*, & *de pueritia.*
Reminiscor præteritorum, præterita, & *de præteritis.*
Illud te admoneo, & *ejus rei*, & *de ea re.*
Commonefecit me veteris amicitiæ.

Dicimus: *Venit in mentem ejus rei, hominis, rei, loci, temporis*, & *venit in mentem ea res*, & *de ea re*, & *venit mihi in mentem vereri.*

Verba Memoriæ & Oblivionis ferè hæc sunt: *Memini,*

ni, recordor, reminiscor, obliviscor, admoneo, commoneo, commonefacio.

Dicimis autem: *Hortor, adhortor, cohortor te ad pietatem;* Et non. *Admoneo te ad pietatem:* Sed, *Admoneo te pietatis.*

II.

Recipiunt & Genitivos vel Ablativos promiscuè Verba, quæ curam aut perturbationem animi aliquam significant, ut:

Discrucior animi, &, discrucior animo.
Angor animi, &, angor animo.
Pendeo animi, &, Pendemus animis.
Is rerum suarum satagit, h.e. anxius & sollicitus est de rebus suis.
Despiebam mentis, Miror justitiæ. Miror laborum.

OBSERVATIO.

MISEREOR cum Genitivo tantum construitur. MISEROR pro deploro, cum Accusativo, ut:

Nil nostri miserere, mori me denique cogis.
Neminem misereri certum est, quia mei miseret neminem.
Abditi in Tabernaculis commune periculum miserabantur.
Phœbe graves semper Trojæ miserate labores.

III.

Verbum SUM adsciscit Genitivum vel Ablativum, cum formam aut qualitatem alicujus describimus, ut:

Nullius consilii sum.
Miræ sum alacritate.
Stomacho langventi esse.
Esse animo bono, læto, tristi.

Annibalis nomen magna apud omnes gloria fuit.
Cicero erat tenuissima valetudine.
Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet.
Interdum accedit Præpositio, ut:
Esse in eadem voluntate, sententia, opinione. Magna in mœstitia sum.

V.

Accusandi Verba, Damnandi & Absolvendi Genitivum Criminis vel Pœnæ adsciscunt: interdum Ablativum, idque aliàs cum Præpositione, alias citra Præpositionem, ut:

Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Plaut.
Annon intelligis, quos homines arguas sceleris? Cic.
Accusatus & convictus adulterii.
Delatus est proditionis, &, de proditione.
Postulatus est repetundarum, &, de repetundis.
Accersitus est capitis.
Invenimus Egnatii uxorem, cum vinum bibisset è dolio, fuste interfectam à marito, eumque cadis à Romulo absolutum.
Plin. lib. 14. cap. 18.

Hic absolutus est improbitatis.
Ille damnatus est cædis.
Insimulat eum perfidia.
Criminatur eum fraudis, &, de fraude.
Adstrictis tanto scelere nihil opis ferri oportet.
Hic furti se alligat, vel adstringit.
Si iniquus es in me Judex, condemnabo eodem ego te crimine.
Cicero.

Si hominem insimulabis avaritiæ, malè audies. Plaut.
Falsò damnatus crimine mortis.
Arguere aliquem sceleris, crimine aliquo, &, de crimine.
Capite damnatos (seu, *capitis, vel, rei capitalis*) *morte mulctavit.*

Face-

Facere aliquem reum ambitus, & de ambitu.
Ambitus ne hominem accusas, an peculatus, an repetundarum, an nullo, seu, *de nullo.*
De maximis deque plurimis simul accusatur.
Singulare est.
Expostulavit mecum de non missis ad se literis.
Inertiam accusas Adolescentum, pro, *Adolescentes accusas inertiæ.*

Accusandi, Damnandi, & Absolvendi verba ferè sunt: *Accuso, arcesso, inquiro, arguo, alligo, astringo, coarguo, defero, incuso, infamo, insimulo, noto, postulo, absolvo, libero, damno, condemno, convinco, obligo, obstringo, &c.*

Ea vero verba, quæ Genitivum alicujus criminis in Ablativum cum præpositione DE mutari patiuntur sunt hæc: *Accuso, arguo, defero, postulo, expostulo, appello, inquiro, absolvo, damno, condemno.*

V.

Verba quæ Copiam, vel Inopiam, aut simile quid significant, gaudent Genitivo vel Ablativo.

Copiæ aut Inopiæ verba sunt: *Abundo, redundo, affluo, diffluo, circumfluo, scateo, fluo, mano, egeo, indigeo, careo, destituor,* vaco pro, *careo.* Item: *Expleo, impleo, repleo, exinanio, saturo, spolio, &c.*

Ex his: *Egeo, indigeo, Careo, Compleo, Impleo, Saturo* utrumque casum admittunt, cætera tantum Ablativum, ut:

Malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam, qua viro. Cicero.
Qui in alterum paratus est dicere, omni crimine vacare debet. Cicero.
Quasi tu hujus indigeas patris. Terent.
Eget, indiget consolatione & consolationis.
Indigeo consiliorum.

Omnes

Omnes mihi labores fuere, quos cœpi, leves, præterquam tuæ carendum quot erat. Ter.
Caret voluptatibus.
Explet animum gaudio.
Implevitque mero pateram.
Erroris ambo ego illos & dementiæ complebo. Plaut.
Impletur veteris Bacchi pinguisque farinæ. Virg.
Postquam dextra fuit cædis saturata. Virg.
Nè tu propediem istius obsaturabere. Ter.
Abundat & circumfluit rebus omnibus.
Exulat domo, patria, &, à domo, à patria.
Ego hoc te fasce levabo.
Onerat me mendacio.
Pollet ingenio, opibus.
Valet consilio, gratiâ.
Vacare culpa, magnum est solatium.

IV.

Ad quæstionem QUAMDIU vel QUAMPRIDEM, respondetur per Accusativum, rarius per Ablativum; idque vel cum Præpositione, vel sine Præpositione, ut:

Fuimus unà duas horas, per duas horas.
Menses tres abest.
Nestor vixit tres hominum ætates.
Sub vertice Arctico nemo sex mensibus videt solem. Plin.
Tenuisti provinciam per decem annos.
Obsidio vix in paucos dies tolerabilis.
Annon totis sex mensibus prius olfecissem, quam ille quidquam cœperit.
Triennio sub Asdrubale Imperatore meruit.
Septem horis dormisse sat est juvenique senique.

Acci-

Accidit paucis, &, in paucis diebus.
Noctes atque dies patet atri janua Ditis.

VII.

Ad quæstionem QUAM LONGE, seu QUAM PROCUL respondetur per Accusativum, vel Ablativum, ut:

Cum abessem ab Amano iter unius diei.
Lubeca distat Rostochio quindecim milliaria, seu milliaribus.
Cùm tridui viam processissem.
A recta conscientia latum unguem ne discedite.
Pedem adhuc villa egressi non sumus.
Hercinia sylva latitudo novem dierum itinere expedito patet.

VIII.

Quædam verba adsciscunt Casum Præpositionis, cum qua componuntur, ut:

Villam praetereo sciens. Adeo patrem.
Praetervehor scopulos. Pedem porta non extulit.
Cæsar omnem exercitum pontem traduxit.
Qui semel verecundiæ fines transivit, is postea sit impudentior.
Neque servitio me exire licebat. Domo & foro absum.
Supersedeo hoc labore itineris.
Illi ea spe dejecti sunt.
Illi hoc incepto destiterunt.

Dicimus tamen,

Exire limen, campum. Egredi leges.

Aliquando geminatur Præpositio.

Accedere ad aliquem. Invadere in aliquem.
Decedere à via. Incidit in febrim.

CAP.

Cap. VII.

De Constructione Verborum cum Nominibus locorum.

REGULA I.

Nominibus Regionum, Populorum, & Insularum, sive in Loco, sive de Loco, sive ad Locum, sive per Locum, significantibus, Præpositiones adduntur, sicut & Appellativis, ut:

In Gaciâ nunc est summa barbaries.
Ex Galliâ in Germaniam rediit.
Flandris per Galliam est proximum iter in Hispaniam.
Ad Allobroges profectus est.
Cæsar in Bituriges in Treviros legatos misit.
Lagati è Biturigibus, è Treviris redierunt.
Est in Cypro, venit è Cypro, proficiscitur in Cyprum.
Sum in Curia, templo. Venio è curiâ, templo.
Eo in curiam, templum, &c.

Urbium Nomina ferè sine Præpositione Verbis adjunguntur; & quidem.

In Loco significantia, cùm Quæstio est Ubi, si sunt primæ & secundæ declinationis, ponuntur in Genitivo, ut:

Ubi es? Sum Romæ, Lubecæ, Hamburgi, Rostochii.
Romæ omnia veneunt pecuniâ.
Tarenti degit Archytas, qui ligneam columbam volatilem fecit.

Si

Si verò tertiæ Declinationis, aut Pluralia tantum, in Ablativo, ut:

Ubi hoc factum? Carthagine Tibure, Venetiis, Gadibus.
Lacædemone est honestissimum domicilium senectutis.
Delphis Apollo oracula reddebat.

OBSERVATIO.

Interdum etiam pro Ablativo tertiæ declinationis Dativus ponitur, ut:

III.

Ad Locum significantia (cùm quæstio est Quo?) Urbium Nomina ponuntur in Accusativo, ut:

Quo tendis? Noribergam, Hamburgum, Carthaginem, Athenas.

VI.

De Loco & Per Locum significantia (cùm Quæstio est Unde vel Qva?) Nomina Urbium ponuntur in Ablativo, ut:

Unde venis? Româ, Lubecâ, Hamburgo, Athenis.
Quâ ibis? Româ, Lubecâ, Hamburgo, Athenis.

OBSERVATIO.

Interdum Præpositiones Nominibus Regionum non apponuntur, ut:

Cæsar cum audisset Pompejum Cypriviſum. Cæſ.
Uxorem Lemni habebat. Ter. *Venit Italiam.* Virgil.
At nos hinc alii sitientes ibimus Afros.
Pars Scythiam & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.
Et penitus toto divisos orbe Britannos. Virgil.

No-

NOTA.

Peto in significatione proficiscendi semper respuit præpositionem. Contra Nominibus Urbium præpositiones nonnunquam apponuntur, ut:

Navis & in Cajeta parata est nobis & Brundusii. Cic.
Memoratur hoc idem factum in Philippis.
Venit ad Messanam, ad Trojam.
Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.
Cùm à Megara Athenas navigarem.

NOTA.

Ad Quæstionem UBI adhibetur etiam Præpositio AD, quando significat *Circa vel apud, ut: Hæc ad Ilerdam geruntur. Pugna ad Cannas commissa est.*

V.

Propria Civitatum imitantur & hæc Appellativa: *Domus, Rus, Humus, Belli, & Militiæ*, ut:

Sum domi. Eo domum. Venio domo.
Sum ruri, vel rure. Eo rus. Redeo rure.
Jaceo humi. Procumbit humi. Tollitur humo.

NOTA.

1. Domus recipit & hæc adjectiva. *Meæ, Tuæ, Nostræ, Vestræ, alienæ domi, ut:*

Malo esse cum timore domi meæ, quam cum periculo domi alienæ.

Non enim rectè dixeris: *Sum domi paternæ*, sed *domi Patris, Consulis.*

2. Admittunt etiam Præpositiones, *in domo mea, è domo mea, in domum meam & à domo*, ut:

Ille in domo mea sæpe convaluit. Plin.
Ad quem è domo Cæsaris jam multa delata sunt. Cic.
Ego in domum vestram intrabo.

Ju-

Jubeo ad Prætoris domum ferri. Cicero.
Longe à domo bellare. Cic.

3. HUMI significat *in terrâ, per terram, & in terram, ut:*

Jacet humi, id est, *in terra. Serpit humi*, id est, *per humum. Procumbit humi*, id est, *in humum.*
Nihil refert humine an sublimè putrescas. Cic.
Serpit humi tutus nimium. Horat.
Sternit humi juvenem. Ovid.

4. Dicimus etiam: *In humum, ad humum, in humo, per humum, ut:*

Vipereos dentes in humum pro semine jactos. Ovid.
Ad humum mœrore gravi deducit. Horat.
In nuda humo jacere. Ovid.
Repentes per humum sermones. Hor.

5. *Belli & militiæ* solo Genitivo localiter usi sunt authores, ut:

Quibuscunque rebus vel belli vel domi poterit, Rempubl. auge.
Simul rem & gloriam armis belli repperi. Ter.
Una semper militiæ & domi fuimus. Ter.
Domi militiæque boni mores colebantur. Salust.

Cap. VIII.

De Constructione Invinitivorum.

REGULA I.

Cùm duo Verba conjunguntur absque Conjunctione, alterum est Infinitivi modi, ut:

Qui cupit optatam cursu contingere metam.

Multa tulit fecitque puer sudavit & alsit. Horat.
Improbus est homo, qui beneficium scit sumere, & reddere nescit. Plaut.
Quod sis esse velis, nihilque malis. Mart.
Velix qui potuit rerum cognoscere causas. Virgil.

Sic: *Cupit videre, audire. Conatur efficere. Nequit commissa tacere. Audeo dicere. Non dubito affirmare. Puer erubescat impudica audire & loqui.*

II.

Post verba Sensuum, Affectuum, Dicendi & Significandi, plerumque sequitur Accusativus cum Infinitivo; *qui resolvi potest in Nominativum & Conjunctivum adjectâ particulâ* Qvod.

Sensuum sunt.

Audio, Animadverto, Censeo, Cognosco, Credo, Constituo, Cogito, Comperior, Conjicio, Colligo, Conjecturam facio, Certum est, Dubito, Decervi, Existimo, Experior, Intelligo, Judico, Lego, Memini, Opinor, Olfacio, Perspicio, Puto, Scio, Suspicor, Video.

Affectuum sunt.

Ægrè fero, Confido, Doleo, Gaudeo, Lætor, Metuo, Molestè fero, Miror, Mirum est, Pœnitet, Piget, Pudet, Spero, Timeo, Vereor.

Dicendi & Significandi sunt.

Ajo, Assero, Affirmo, Dico, Demonstro, Declaro, Judico, Innuo, Nego, Ostendo, Perhibeo, Probo, Scribo, Significo, Simulo, Dissimulo, Testor, Testificor.

Crede mihi hoc, nunquam hodiè tecum commutaturum patrem unum esse verbum si, te dices ducere. Ter.

Me-

Meum factum probari abs te triumpho & gaudeo. Ter.
Uxorem decrevit dare se mihi hodie. Ter.
Quem ego credo manibus pedibusq; obnixè omnia facturum. Ter.

OBSERVETUR.

Infinitivum & elegantiorem, & longe frequentiorem esse, quam verbum finitum, neque hoc fere usurpari, nisi cum aliqua ambiguitas esse potest, aut cum plures infinitivi concurrunt, ut: *Apparet quod me diligat*, nam ambiguum esset: *apparet me illum diligere.*

III.

Post verba *Volendi*, *Jubendi*, & quæ *prodesse* aut *æquum esse*, vel his *contrarium* significant, sequitur interdum Accusativus cum Infinitivo, *qui resolvi potest in Nominativum & Conjunctivum*, *adjecta particula* UT *vel* NE.

Talia sunt: *Volo*, *Nolo*, *Malo*, *Sino*, *Permitto*, *Jubeo*, *Cogo*, *Veto*, *Prohibeo*, *Decet*, *Expedit*, *Conducit*, *Prodest*, *Obest*, *Refert*, *Interest*, *Æquum est*, *Par est*, *Justum est*, *Verum est*, *Iniquum est*, *Injustum est*, *&c.* ut:

Pater vult te domi manere, i. e. ut domi maneas.
Æquum est Pueros obedire suis Præceptoribus. Horat.
id est, ut obediant.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. Horat. i. e. metiatur.

(NB. *Quod* plerumque de eventu & re gestâ dicitur, & significat Quia; UT verò dicitur de causa finali.)

IV.

Casus sequens Infinitivum Esse, aut verba,

ba, quæ sunt similis constructionis, convenit cum Substantivo, quod antecedit, ut:

Aristoteles putatur doctissimus esse omnium Philosophorum.
Haud scio, an agricultura vita ulla beatior esse possit.
Laudo eos, qui malunt boni esse quam videri.
Tu cupis dici strenuus.
Parmenonem incedere tristem video.
Ipsum sibi injurius esse videatur. Ter.
Cato esse, quam videri, bonus malebat. Salust.
Pater adest: cave te tristem esse sentiat. Ter.
Vestrum est hoc Proverbium, Phrygem plagis solere fieri meliorem, Cicero.

Pertinent huc: *Evado, Existo, Maneo, Nascor.* Verba Passiva, *Nuncupandi, Existimandi, & Cognoscendi.* Item Nomina *gestuum vel status alicujus.*

NOTA.

1. Quando aliquod Verbum in modo finito cum obliquis construitur, tunc illi obliqui manent etiam in Infinitivo, ut:

Scio te esse acri ingenio.
Gaudeo rem tibi fuisse cordi.
Jam me totum scis esse Pompeji.

Dicimus enim: *Hic vir est ingenio acri. Hæc res est mihi cordi. Sum Pompeji.*

2. Cum Verbo *Licet, Expedit, & similibus;* Invinitivus ESSE aut FIERI post se Dativum vel Accusativum admittit, ut:

In causa facili cuivis licet esse diserto, vel quemvis, vel cuivis licet esse disertum.
Mihi negligenti esse non licet. Licet esse beatis.
Nobis non licet esse tam disertis.
Civi Romano licet esse Gaditanum.
Impetrabis à Cæsare, ut tibi abesse liceat & otiosum, vel otioso.

Sed tamen rectius Accusativum.

CAP.

Cap. XII.

De Constructione Impersonalium.

REGULA I.

Interest & Refert cum *pertinere* significant Genitivum adsciscunt, sequente mox infinitivo vel conjunctivo, cum particulis, Ut, An, Ne, & similibus, ut:

Refert omnium, animadverti in malos. Cic.
Reipubl. interest, conservari literas. Cic.
Paulum interesse censes, ex animo omnia.
Ut fert natura, facias, an de industria. Ter. Andr.

Sed Pronomina possessiva, *Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra*, cum verbis *Interest & Refert* in Ablativo casu ponuntur, ut:

Et tua & mea maximè interest, te valere. Cic.
Mea & fratris mei interest hoc fieri.

OBSERVATIO.

1. *Interest & Refert* admittunt etiam hos Genitivos, *Tanti, Quanti, Parvi, Magni, Pluris, Permagni*, ut:

Quanti interest civitatis, non habere otiosos & inertes cives.
Parvi refert id abs te praetermissum esse.
Permagni nostra interest te esse Romæ.

Aliàs sæpius additur; *Tantum, quantum, multum, plùs, plurimum, nihil, aliquid.*

2. Præterea etiam Accusativum cum Præpositione AD, ut:

Magni interest ad decus & laudem hujus civitatis, ita fieri. Cic.

3. Aliqvando & Nominativus tanqvam verbo Personali præponitur, præsertim vero hæc Pronomina: *Hoc, Illud, Id, Quod, & similia, ut:*

Illud magni mea interest, ut te videam. Cic.
Tua quod nihil refert, percontari desinas. Terent.

II.

Miseret, Miserescit, Piget, Pœnitet, Pudet, Tædet, regunt Accusativum Personæ cum Genitivo, vel Infinitivo, ut:

Non te miseret hominis calamitosi!
Inopis nunc te misereat mei.
Me non solùm piget meæ stultitiæ, sed etiam pudet.
Sua quemque fortunæ pœnitet.
Sunt homines, quos infamiæ neque pudeat, neque tædeat.
Nihil faciendum est, cujus nos pœnitere, possit.
Tædet me vivere. Piget me hoc incepisse.
Plura me ad te hac de re scribere pudet. Cic.

Singulare est, qvod Terentius dixit: *Ita me Dii ament, ut Menedemi vicem miseret me.*

III.

Decet, Dedecet, Delectat, Juvat Accusativum adsciscunt, ut:

Omnes homines summâ ope niti decet, ne vitam silentio transigant, veluti pecora. Salust.
Oratorem simulare non dedecet. Cic.
Imprimis me delectavit, tantum studium bonorum in me extitisse. Cicero.

Te

Te hilari animo esse valde me juvat. Cicero.

His alii accenlent Verbum OPORTET, quasi id quoque Accusativum adsciscat, cum absolutè sine casu ponatur. Nam in hoc: *Oportet, te audientem Cratippum jam annum abundare Præceptis*, Accusativus Te non regitur ab *Oportet*, sed præcedit Infinitum, ut apparet, cùm is resolvitur: *Oportet, ut tu abundes præceptis.*

Sic: *Oportet, Orationem ex rebus ipsis efflorescere: & Oportet, ut ex rebus ipsis efflorescat oratio.* Sic; *Accedat huc suavitas quædam oportet sermonum & morum.*

NOTA.

1. *Decet, Dedecet, Juvat, Oportet*, etiam personaliter usurpantur in tertia singulari & plurali, ut:

Verecundia decet Adolescentiam.
Candida pax homines trux decet ira feras. Ovid.
Contemplare, satin hæc me vestis deceat. Plaut.
Parvum parva decent. Hor. *Lacrimæ decuére pudicam.*
Forma viros neglecta decet.
Admovitque preces, quarum me dedecet usus. Ovid.
Te omnia dedecent. Senec.
Est enim aliquid, quod non oporteat, etiamsi liceat. Cicero.
Hæc facta ab illo oportebant Syre. Terent.
Non omnes arbusta juvant humilesque myricæ. Virg.
Magis illa juvant, quæ pluris emantur. Juven.

2. *Delectat* plerumque personaliter usurpari solet.

3. *Decet* interdum Græcorum more Dativum habet, ut:

Ita decet nobis. Ter. Adelph.
Isthuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet. Plaut. Amphitr.

IV.

Cætera Impersonalia activæ vocis, ut: *Accidit, Constat, Contingit, Convenit, Evenit, Expedit, Libet, Licet, Liquet, Vacat, & similia*, Dativum adsciscunt, ut:

Non cuivis homini contingit ad ire Corinthum. Hor.
Mihi non satis constat. Cic. Sic: constat inter omnes.
Non mihi vacat nunc te audire.
Sævis inter se convenit ursis.

NOTA.

Libet, Licet, Liquet, interdum etiam personaliter usurpantur in tertia Singulari, ut:

Facite quod vobis libet. Ter.
Non idem mihi licet, quod ius, quod nobili genere nati sunt. Cicero.
Si habes quod tibi liqueat, neque respondes, superbis. Cicero.

V.

Impersonalibus annumerantur & cætera verba, quæ absolutè sine Nominativo ponuntur, sequente mox Infinitivo, ut:

Tædere solet avaros impendii.
Non potest jucundè vivi, nisi cum virtute vivatur. Cicero.
Cœptum est navigari.
Apparet, hunc servum esse hominis pauperis miserique.
Certum est in sylvis inter spelæa ferarum Malle pati.

Cap.

Cap. X.

De Constructione Participiorum, Gerundiorum & Supinorum.

De Participio.

REGULA I.

Participia imitantur Verborum suorum Constructionem, ut:

Non dubito, quin te legente has literas, confecta jam res futura sit.
Dic filio, eam hinc rus concessuram.
Legens Virgilium: Legendus à Virgilio.
Potitus imperio. Pœnitens facti.

II.

Participia cum in Nomina degenerant, Genitivum adsciscunt, ut:

Soli pii patientes sunt castigationis divinæ.
Fugitans litium. Tolerans laborum. Vide supra.

III.

Duo Ablativi consequentiam designantes absolute juguntur, alter Nominis, alter Participii: *Explicantur autem per Nominativum & Verbum addita particula:* Cum, Dum, Quamvis, Ubi, Postquam, Si, vel simili, ut:

Actore non probante, reus absolvitur.
Nil juvat amisso claudere septa grege. Ovid.
Nil non mortale tenemus.
Corporis exceptis ingeniique bonis. Ovid.
Nisi explicatâ solutione, non sum abiturus.

NOTA.

Designare consequentiam est ita in oratione poni, ut nihil plenum & integrum intelligatur, sed ad perfectionem sententiæ amplius aliqvid expectetur.

NOTA.

1. Interdum Participium *Existente* subintelligitur, ut:

Hæc fiunt te rege, duce, consule, auctore, adjutore, impulsore, suasore

2. Interdum etiam, Nomine vel Pronomine omisso, Participium præteriti temporis genere neutro ponitur, ut:

Permisso, seu dicere prius, seu audire vellet.
Cæsar, viso, audito, cognito hostes decessisse, castra movet.

IV.

Participium Passivum positum inter duo Substantiva diversorum generum, regulariter respondet in genere priori, non posteriori, ut:

Verbum caro factum est (non *facta*)
Herba Parthenium vocari cœpta est.
Moriendum Tullia fuit, qvia homo nata fuerat.

NOTA.

Reperiuntur tamen diversa exempla, ut:
Paupertas mihi onus visum est miserum.

De Gerundiis.

REGULA I.

Gerundia regunt casum suorum verborum, ut:

Efferor studio vivendi patres vestros.

Hos

Hos accusando, illos occidendo, civitatem labefeciſti.
Nec ulla res, quæ ad placandum DEOS pertineret, prætermiſſa eſt.
Obliviſcendum eſt injuriam & injurias.
Pacem Trojano à Rege petendum.

NOTA.

Pro Gerundiis regentibus caſum eleganter uſurpari ſolet Participium paſſivum in *Dus* eodem genere, numero & caſu cum Subſtantivo, ut:

Legendis noſtris orationem efficies pleniorem.
Spacium cogitandi ad diſturbandas nuptias.
Mitto illum ad ſpeculandam arcem.
Pax Trojano á rege petenda eſt.
Avarus congerendæ pecuniæ ſtudet.
Legendis libris eruditio paratur.

II.

Gerundia in DI ſequuntur Nomina Facultatem aut Voluntatem ſignificantia, ut:

Illecebra peccandi, Locus ignoſcendi.
Ratio, modus, ſtudium, amor, celeritas conficiendi.
Avidus, dior, diſſimus diſcendi.
Scylus optimus ac præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter.

NOTA.

Gerundium in DI jungitur etiam interdum Genitivis pluralibus cujuscunque Generis, ut:

Verum Antonio facultas detur agrorum ſuis latronibus condonandi. Cic.
Aliquod fuit principium generandi animalium. Varro.
Novarum qui ſpectandi faciunt copiam, Ter Heaut.

III. In

III.

In DO Gerundia sequuntur verbum vel cum præpositione, vel sine præpositione.

Injudicando criminosa est celeritas.
Nihil de resistendo cogitabant.
Ex defendendo quam accusando uberior gloria comparatur.
Invidia verbum ductum est à animus invidendo fortunam alterius.
Homines nihil agendo malè agere discunt.
Omnia conando docilis solertia vincit.
Tacendo multa refellimus.

IV.

Gerundia in DUM præpositione annectuntur Nominibus & verbis, ut:

Legatos ad satisfaciendum populo Romam misérat.
Inter spoliandum corpus hostis veruto percutitur.
Sus erat ad vescendum hominibus apta, i. e. qua vescerentur.
Quæ sunt ad vivendum necessaria.
Rem quæris præclaram juventuti ad discendum, nec difficilem ad perdiscendum.

V.

Gerundia in DUM cum *necessitatem* vel *officium* significant, Impersonalium modo pronuntur, & vel Dativum personæ juxta se habent, vel casum omnino nullum, ut:

Vigilandum est semper: multæ insidiæ sunt bonis.
Surgendum est. Eundum est.
Utendum est ætate, cito pede labitur ætas.
Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus.

Oran-

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.
Sperandum est vivis. Moriendum est omnibus.
Abeundum est mihi.

De Supinis.

REGULA I.

Supina priora regunt casus verborum suorum, & cum verbis significantibus motum ad locum junguntur.

Legati ab Roma venere questum injurias & res repetitum. Liv.
Dixerunt, se pacem aut subsidium rogatum ire.
Nutricem accersitum iit. Ter.
Gratis servitum matribus ibo. Virg.

NOTA.

Sæpe etiam absolute sine casu ponuntur, ut:

Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsæ.
Spectatum admissi risum teneatis amici. Horat.
Coctum ego, non vapulatum dudum conductus sum. Plaut.
Exponuntur autem sic: *ibo spectatum* i. e. *ad spectandum* vel *ut spectem, spectaturus.*

NOTA.

Supina posteriora construuntur vel cum Adjectivis *facultatem* aut *modum aliquem rei* significantibus, vel cum Verbis significantibus *motum de loco, ut:*

Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli. Virg.
Amnis difficilis transitu,
Cibus concoctu facilis.

Orem

Orem tum auditu crudelem, tum visu nefariam.
Obsonatu redeo.
Paterfamilias primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.
Cato.

Cap. XI.

De Constructione Adverbiorum.

REGULA.

Adverbia subjiciuntur Verbis, Participiis, Nominibus, item aliis Adverbiis, ad explicandas eorum circumstantias, ut:

Festina lente. — *Quod cito fit, cito perit.*
Expectans avide. — *Admodum puer.*
Insigniter improbus. — *Vir egregiè doctus.*
Sat cito, si sat bene. — *Parum diligenter.*

Observationes de Adverbio cum Nominibus in Regimine casuum.

1. Adverbia Derivativa plerumque primitivorum suorum Constructionem sequuntur, ut:

Obviam illi processimus. — *Similiter huic vestitus erat.*
Tibi æqualiter vivit. — *Pulcherrimè omnium stetit.*
Convenienter naturæ congruenterque vivere.

Sic Propius & Proxime Constructionem præpositionis *prope* & Nominum suorum retinent, ut;
Jugurtha propius montem suos collocat.
Meum officium esse putavi, exercitum habere quàm proximè hostem.
Huic tuæ virtuti proximè accedit.
Quam proxime potest hostium castris castra communit.

2. Adverbia Comparativi gradus adsciscunt Ablativos, ut: Cate-

Cæteris expeditius loquitur.
Quisquis plus justo non sapit ille sapit. Mart.
Interdum docta plus valet arte malum.
Annum & eo diutius fuit in Galliâ.

3. EN Nominativum & Accusativum adsciscit: ECCE Nominativum, Accusativum & Dativum, ut:

En dextra fidesque. En quatuor aras.
Ecce nova turba & rixa.
Ecce miserum hominem. Ecce me.
Ecce tibi, qui Rex esse concupierit.

4. Adverbia Copiæ, Inopiæ, Partitionis, puta, *Sat, satis, abundè, affatim, parum, partim,* Genitivum postulant, ut:

Satis jam verborum est, Tristium sat est.
Satis loquentiæ, sapientiæ parum.
Satis hodiè scientiæ, conscientiæ parum.
Terrorum & fraudis abundè est.
Tibi divitiarum affatim est.
Partim sum earum exactus, partim vix steti.
Huc pertinent Atticismi illi: *Quoad ejus fieri potest.*
Eo insolentiæ processit.
Huc dementiæ pervenit.
Eo discordiæ pro *ad hoc dementiæ, ad id discordiæ* vel *ad hanc dementiam, ad hanc discordiam.*

5. Quædam Adverbia *Loci & Temporis* Genitivum adsciscunt, ut:

Nusquam gentium, Ubicunque terrarum. Interea loci. Tunc Temporis.

Sed *pridie & postridie* Genitivum vel Accusativum adsciscunt, vel verbum aliquod cum particulâ Quam, ut; *Pridie ejus diei venit.*

Pri-

Pridie Nonas Junij cum essem Brundusii.
Postridie ejus diei. Pridie ludos appollinares.
Pridie quam excessit é vita.
Post pridie intellexi, quàm à vobis discessi.

6. Ut pro *sicut, vel quemadmodum, & Ita* junguntur superlativis, ut:

Ut quisque est vir optimus, ita difficillimè alios improbos esse suspicatur.
Ut quisque maximè ad suum commodum refert, quæcunque agit: ita minimè est vir bonus.

7. *Longè* & *Multò* aliàs comparativo, aliàs superlativo junguntur: Sed *Tanto*, *Quanto*, *Eò*, *Quò*, tantum Comparativis, intendendi vel explicandi gratia, ut:

Multo & longè major. Multo & longe jucundissimus.
Suevorum gens est longe bellicosissima.
Multo pauciores oratores quam Poeta hodiè reperiuntur.
Quanto major es, tanto te geras submissius.
Quo quisque est ingeniosior, hoc docet laboriosius.

8. Duæ Negationes apud Latinos in una eademque clausula affirmant, ut:

Non sum nescius, i. e. scio. *Nonnulli sic sentiunt*, i. e. aliqui. *Nemo non videt*, i. e. omnis. *Ne amicis nihil tribuendum* i. e. aliquid.

Observationes de Adverbio cum verbis in Regimine Modorum.

Cum wenn/ (ut & *Ubi, Simul, Simul ac, Simul ut, Simul atq;*) adsciscit Indicativum & Futurum Conjunctivi, ut:

Cum audio, vel audivi aliquem ad te ire, literas dare soleo.

Cum

Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito. Virg.
Cognoscès, cum literas meas legeris.
Ubi voles, vel volueris, ad te veniam.
Ubi semel quis pejeraverit, ei credere postea non oportet, vel. *Ubi quis pejeravit.*
Omne animal, ut ortum est, & seipsum & omnes partes suas diligit. Cicero.
Simul atque audiero, scribam ad te.
Simul atque attigi, statim homo se arrexit.

2. Cùm Als/vel Da adsciscit perfectum Indicativi & Imperfectum & Plusquamperfectum Conjunctivi, ut:

Poeta cum primum animum adscribendum appulit, credidit, vel *cum primum appulisset, credidit.*
Quod cum audivi, statim ad te hunc misi.
Cum scriberem, Cum scripsissem.

NOTA.

Si verò *temporis alicujus* mentio præcedat, etiam quodvis tempus Indicativi recipere potest, ut:

Multi anni sunt, cum ille in ære meo est. Cic.
Nunquam obliviscor noctis illius, cum tibi vigilanti pollicebar. Cicero.
Jam biennium est, cum virtuti nuncium remisisti.
Erit aliquando dies, cum justitia sua constabit gloria.

Sed & in Conjunctivo dicitur, ut:

Scis profecto fuisse quoddam tempus, cum homines existimarent. Cic.

3. Dum in dem/do oder dieweil/de re præsenti nondum perfectâ Indicativo jungitur, addita ferè voce *Interea*, ut:

Dum apparatur, virgo in conclavi sedet.
Interea dum sermones cædimus.

4. Dum & Donec pro *quamdiu* So lange/ Indicativis junguntur, ut:

Ægroto dum anima est, spes esse dicitur. Cic.
Donec eris felix, multos numerabis amicos. Ovid.

5. Dum & Donec pro *quoad* vel *usquedum* so lange biß/ Indicativum & Conjunctivum adsciscunt, ut:

Tityre dum redeo (brevis est via) pasce capellas.
Qui valuit tamdiu, dum huc prodiret. Cic.
Donec partu dabit Ilia prolem.
Certum est obsidere usque donec redierit. Ter.
Ego te meum esse dici tantisper volo, dum quod te dignum est, facis vel feceris.

6. Quoad, so lange/ so fern/ habet Indicativum & Conjunctivum, ut:

Quoad in urbe fuit, ejus consiliis obstiti.
Non prætermittes, quoad ejus facere poteris, scribere ad me.

7. Quoad, so lange biß/ habet conjunctivum:

Omnia ut integra servem, dabo operam, quoad exercitus huc submittatur.

8. Ut pro *Postquam* Indicativum adsciscit, ut:

Ut ab urbe discessi, nullum intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem.

9. *Postquam* nullâ dictione interposita Indicativo præcipuè gaudet, ut:

Postquam audierat, non datum iri uxorem filio suo, &c.

10. An-

10. Antequam & priusquam Indicativis & Conjunctivis junguntur, ut:

Experiri omnia certum est, antequam pereo. Terent.
Priusquam incipias consulto opus est. Salust.

11. Ne Adverbium prohibendi Conjunctivo rectius, quam Imperativo additur, ut:

Ne jures, satis credo, & Ne jura.

12. Ne Adverbium jurandi, optandi & supplicandi Conjunctivum adsciscit, ut:

Ne sim salvus, si aliter scribo quàm sentio.

13. Næ per diphthongum Pronominibus præpositum Indicativo & Conjunctivo jungitur, ut:

Næ ego sum homo infelix.
Næ tu si id fecisses, melius famæ tuæ consuluisses.

14. Optandi & imprecandi particulæ, *Ut, utinam, O si*, Conjunctivum adsciscunt, ut:

Ut illum dii deæque perdant! Terent.
Utinam sit id, quod spero.
O mihi præteritos referat si Jupiter annos!

15. Ut pro *quomodo* cum quadam admiratione, Indicativum habet, ut:

Ut sæpe summa ingenia in occulto latent!

Si autem infinitè sumitur, habet Conjunctivum; ut:

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus:
Ut capiant vitium, ni moveantur aquæ.

16. Ne, An, Num, Utrum, Cur, Quare, Quamobrem, &c. cum sunt Interrogantis, Indicativum adsciscunt; cum sunt dubitantis, Conjunctivum, ut:

Hocne mavis an illud? vel *mavisne hoc an illud?*
Num cogitat, quid dicat? Cogita num juste an improbè feceris vel. *juste ne, an improbe feceris, vel utrum juste an injuste feceris, vel fecerisne juste, nec ne: vel, juste ne an secus feceris.*
Cur properas? Dic cur properes.
Ubi nunc vivis? Scribe, ubi nunc vivas.

Cap. XII.

De Constructione Conjunctionum.

REGULA I.

Conjunctio aut similes dictiones (*casus tempora, & modos*) conjungit, aut orationem orationi attexit, ut:

Vir innocentissimus idemque doctissimus: non, *doctus.*
Is ubi venerit, atque intellexerit non, *intelliget.*
Doctores non solum vivi atque præsentes studiosos discendi eruditunt atque docent: sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur.

NOTA.

1. Pronomina Possessiva cum Genitivis Substantivorum diverso interdum casu junguntur, ut:

Tuis atque illius precibus adductus.
Mea patrisque tui multum interest.
(Conjungunt autem plerumque similia Conjunctiones *Copulativæ & Disjunctivæ*: Item particulæ: *Quam, Nisi, An, Præterquam,* nisi sensus loquentis aliud requirat.

2. Conjunctio Que inter duo copulanda *posteriori* adjicitur, non *priori*; nisi per Polysyndeton utrique addatur, ut:

Unde

Unde novus titulus nomenque novum, nova fama?
Non autem sic:
Unde novus titulusque, novum nomen, nova fama?

II.

Conjunctiones Causales, UT, NE, QUO, QUIN, Conjunctivum adsciscunt: & quidem:

Si Præsens vel Futurum præcedit, sequitur Præsens Conjunctivi; Si vero Præteritum præcesserit, Imperfectum Conjunctivi sequitur, ut:

Cura, ut valeas. Do, ut des. Facio, ut facias.
Dabam, dedi, dederam, ut dares.
Faciebam, feci, facerem, ut faceres.

NOTA.

Interdum tamen etiam Præsens Præterito, & contra Præteritum Præsenti respondent, si id sensus loquentis exigat, ut:

Homo creatus est, ut DEUM agnoscat & celebret,
Deum precor, ut hic dies tibi feliciter illuxerit.

2. Frequens & elegans est Ellipsis conjunctionum UT & NE, ut:

Sine videam. Velim cogites. Cave dixeris. Cave te tristem esse sentiat.

UT & NE solent subjici verbis *Petendi, Monendi, Jubendi, Metuendi, Faciendi*, & quibuscunque *Voluntatem, Facultatem, aut Contingentiam* aliquam significantibus, Item *Intendendi* particulis, Ita, *Sic, Adeo, Tantus, Talis, Tam multus, &c.*

Post verba verò *Dubitandi*, *Intermittere non possum*, *Facere non possum*, *Parum abest*, *causa nihil dico*, &c. *sequitur* Quin, ut:

Non dubium est, quin uxorem nolit filius. Ter.
Nihil prætermisi, quantum facere potui, quin Pompejum à Cæsaris conjunctione avocarem. Cic.
Facere non possum, quin quotidie mittam.
Causa nihil dico, quin ita sit.

III.

Post verba Timendi, *Metuo*, *Timeo*, *Vereor*, *periculum est*, *sollicitor* Ut & Ne Non, *negative* significant, Ne verò affirmative, ut:

Vereor, ut possis hoc præstare. Vel.
Vereor ne non possis hoc præstare.
Ich habe Sorge / du werdest dieses nicht thun können.
Timeo, ne non impetrem.
Vereor, ne deseras me. Ich fürchte / du werdest mich verlassen.
Periculum est, ne fiat. Es ist zu besorgen / daß es geschehe.
Metuo ne tam benignum patrem offendam.
Timeo, ut sustinere possis hos labores.
Vereor, ne pater rure redierit.
Sollicitor ne alserit, aut ceciderit aut perfregerit aliquid. Terent.

OBSERVATIONES.

1. Cum Particulæ TANTUM ABEST incipiunt sententiam, ferè bis sequitur Causalis Ut, ita ut posterius Ut gravius quiddam assumat, & sæpè etiam particulas *Contrà*, *potiùs*, *maximè*, *valde*, & similes, ut:

Tan-

Tantum abeſt, ut tibi ſim impedimento, ut contra te adhorter. Liv.

NOTA.

1. Interdum pro poſteriore UT aſſumitur VIX aut ETIAM cum Indicativo, ut:

Tantum porro aberrat, ut binos ſcriberent, vix ſingulos confecerunt.

2. Quando particulæ TANTUM ABEST non abſolutè ſed cum caſu ponuntur, aut in ſententia aliqua conſequuntur, tunc unum tantum UT ſequitur, ut:

Adhortor te, tantum abeſt, ut ſim tibi impedimento.

II. Cum pro Quod: Das / hadet Indicativum, ut:

Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt. Cic.

III. Cum pro Quoniam, Dieweil / habet Conjunctivum præſentis aut perfecti temporis, ut:

Cum vexent mala fata bonos (ignoſcite faſſo.)
Solicitor nullos eſſe putare Deos.

Cum Athenas tanquam ad mercaturam bonarum artium ſi ſprofectus, inanem redire turpiſſimum eſt.

IV. *Quia, Quoniam, Quando, Quandoquidem, & Quatenus*, ferè Indicativum habent, præſertim initio ſententiæ, ut:

Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ, ſublati animi ſunt. Ter.
Quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. Ter.
Quando ego tuum non curo, ne cura meum. Ter.
Dicite, quandoquidem in molli conſedimus herba.

Sed *Quia* pro *eo quod* habet Conjunctivum, ut:

Nemo voluptatem, quia voluptas ſit, aſpernatur,

V. *Ergo* pro causa Genitivum regit & semper postponitur, ut:

Virtutis ergo. Illius ergo venimus.
Victoriæ navalis ergo in unum diem supplicatio decreta est.

VI. *Si, Sin, Siquidem, Ni, Nisi,* modò Indicativum, modò Conjunctivum adsciscunt, ut:

Si id facis, hodie me postremum vides. Ter.
Si prandéret olus patienter, Regibus uti
Nollet Aristippus. Horat.
Nihil tam pestiferum est, quam corporis voluptas: siquidem ea, cum major est atque longior, omne animi lumen extinguit.
O morem præclarum, siquidem eum teneremus.
Mirum ni domi est. Terent.
Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui. Ter.
Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.
Nisi facies. Nisi feceris. Si volueris.

VII. *Etsi, Tametsi, Etiamsi, Quanquam,* sub initium sententiæ magis indicativos postulant, ut:

Etsi suus cuique modus est; tamen magis offendit nimium quam parum. Cic.
Ista veritas etiamsi jucunda non est, mihi tamen grata est. Cicero.
Tametsi vicisse debeo, tamen de meo jure decedam.
Quanquam abest à culpa, suspicione tamen non caret. Cicero.

Sed *in medio & fine sententiæ* tam Indicativos quam Conjunctivos recipiunt, ut:

Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiamsi per plures Deos juret, non oportet. Cic.
Præpostéros habes tabellarios, etsi me quidem offendunt, sed tamen, &c. Cic.

VIII. *Quamvis, licet,* ut, pro Quamvis Conjunctivum adsciscunt, ut:

Quam-

Quamvis non fueris suasor profectionis meæ, approbator certe fuisti. Cicero.

Ut plurimi virtutem oprimant aut dissimulent, ea tamen emerget.

Ut desint vires, tamen est laudanda voluptas.

Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur.

Quamvis interdum etiam Indicativo jungitur, ut:

Quamvis est igitur meritis indebita nostris.
Magna tamen spes est in bonitate tua. Ovid.

Cap. XIII.

De Constructione Præpositionum.

REGULA I.

Præpositio inservit suo Casui. Accusativo, ut:

Ad, apud, ante, adversus vel adversum, cis, citra, circum, contra, circa, circiter, erga, extra, intra, inter, infra, juxta, ob, penes, per, pone, post, præter, prope, propter, secundum, secus, supra, trans, versus, ultra, & usque.

AD. *Ad patrem ibo. Ad portam te expectabo. Ad urbem esse cum exercitu. Civitates, quæ ad mare sunt. Pecuniam ad diem dare. Fuimus omnino ad ducentos. Medicamentum ad dolorem dentium. Panditur ad nullas janua nigra preces.* Propert.

APUD. *Apud me est, i. e.* domi meæ. *Apud villam, forum. Et bene apud memores veteris stat gratia facti.* Virgil.

ANTE. *Dicique beatus, Ante obitum nemo supremaque funera debet.* Ovid.

Ante victoriam encomium canere. Antes ædes. Isthuc est sapere non quod ante pedes modo est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt prospicere. Ter.

ADVERSUS. *Ne Hercules quidem adversus duos. Insciția est adversus stimulum calcitrare. Adversus amicos & inimicos.*

CIS. *Cis Rhenum. Cis paucos dies.*

CITRA. *Ede citra eruditatem, bibe citra ebrietatem, citra fines. Exercitum citra flumen educere.*

CIRCUM. *Servi, qui circum dominum erant,* Ter. *Cum Iliacos circum raptavorat Hectora muros.*

CIRCA. *Cœlum volvitur circa terram, Circa templum, Circa eum mensem.*

CIRCITER. *Circiter meridiem, Eo bello circiter duo millia desiderati.* Cic. *Circiter hæc loca excidit mihi.*

CONTRA. *Contra hostes. Carthago Italiam contra. Contra expectationem omnium.*

ERGA. *Eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmet ipsos.* Cic.

EXTRA. *Ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. Extra jocum dicere. Neque notus neque cognatus extra unam aniculam quisquam aderat. Extra portam ire.*

INFRA. *Humanas res despicere atque infra se positas arbitrari. Quem ego esse infra infimos omnes puto. Infra solem.*

INTER. *Multa cadunt inter calicem supremaque labra. Inter Convivas. Inter se amant. Hoc inter me & illos interest, inter cœnam.*

INTRA. *Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit; & intra Fortunam debet quisque manere suam.* Ovid. *Iliacos intra muros peccatur & extra.* Hor. *Intra mœnia. Intra modum. Intra annos quinque. Intra naves.*

JUX-

JUXTA. *Juxta macellum. Juxta Platonem. Juxta Deos, in tua manu positum est.*

OB. *Pretium ob stultitiam fero. Ob oculos mihi mors perpetuo versata est.*

PENES. *Penes te culpa est. Servi centum dies penes accusatorem fuerunt. Imperium quod erat penes ipsos.*

PER. *Per fenestram. Reliqua per te intelliges. Per se ipsa splendet virtus semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit. Per me stetit. Per contumeliam, per jocum, per ætatem. Per DEOS immortales. Per caput hoc juro. Per gratiam hoc mihi concessit. Per negotia scribere non potui.*

PONE. *Pone castra. Pone nos recede.*

POST. *Post festum veniſti. Tu post carecta latebas.*

PRÆTER. *Præter illum nemo adfuit. Præter cæteros honestus. Præter ripam. Præter castra hostium exercitum traduxit. Coluit omnes virtutes, sed continentiam præter cæteras. Ita fugias ne præter casam. Præter spem, opinionem officium, morem.*

PROPE. *Non modo prope me, sed plane mecum habitares. Prope montes.*

PROPTER. *Aliquid mali propter vicinum malum. Propter aquæ rivum. Propter hunc assiste.*

SECUNDUM. *Secundum flumen iter fecit. Secundum aurem vulnus accipit. Collaudavi te secundum facta & virtutes tuas. Secundum jus fasque.*

SECUS. *Secus decursum aquarum.*

SUPRA. *Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt.* Horat.

VER-

VERSUS. *Occidentem versus.*

ULTRA. *Ultra Sauromatas fugere. Est modus in rebus sunt certi denique fines, Quos ultra citraque nequit consistere rectum.* Hor.

USQVE. *Quintus usque Puteolos venit*, vel, *Puteolos usque.*

Ablativo ut:

A, ab, abs, absque, clam, coram, cum, de, e, ex præ, pro, palam, sine, tenus.

A *vel* AB. *Disce, sed à doctis. Ab alio expectes, alteri quod feceris. DEUS stat à nobis. A Jove principium Musa. Ab incunabulis, à puero. Mediocriter à doctrina instructus. A tergo. Cujus à morte hic tertius est annus. Nunc mihi à podagra & calculo feria sunt. Tibi quod debui, solvi, dedi, numeravi à fratre meo. Inops ab amicis. A pedibus, ab epistolis, á secretis. A capillis ad ungues. Usque ab unguiculo ad capillum summum est festivissima.* Plaut. *Non abs re.*

ABS. *Abs quivis homine, cùm est opus beneficium accipere gaudeas.*

ABSQVE. *Absque fuco, absque mora. Nam absque te esset, hodie nunquam ad solis occasum viverem.*

CLAM. *Clam patre, clam custodibus. Is amare occepit Alcumenam clam viro.*

CORAM. *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Juvenal. *Coram angelis.*

CUM. *Venit cum exercitu. Ira semper absit, cum qua nihil rectè fieri potest. Pugnare cum hoste. Damnum appellandum est cum mala fama lucrum.*

DE. *Sermo de rebus honestis. Audivi hoc de parente meo. Clamat de via. De nocte in comitium venit. De te exemplum capit. De te largitor. Quantum nos amas de fidicina. De nihilo irasci. De facie illum novi. De consilio. De sententia alicujus. De industria. De integro. De scripto sententiam dicere.*

E. *vel*

E. vel EX. *E flamma cibum petere. Est è republ. Laborat è renibus pedibus, oculis, capite. Ex pueris excessit. Ex te ortum est hoc malum. E via languere. Simulachrum ex ære, poculum ex auro. Omnia ex animo facito. Scitum est, periculum ex alis facere, tibi quod ex usu sit. Ex vinculis causam dicere. Spero hanc rem esse eventuram nobis ex sententia. Ex illo tempore. Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt.*

PRÆ. *Præ se armentum agit. Præ se fert. Præ gaudio, iracundia, timore. Hic ego illum contemsi præ me. Speciem boni viri præ se fert. Præ cura jocari non poteram.*

PRO. *Pro aris & focis, Te pro istis dictis & factis scelus ulciscar. Comes facundus in via pro vehiculo est. Pro lege & grege. Domus angusta pro hominum numero. Pro merito. Est mihi pro Præceptore* i. e. loco. *Pro nihilo ducere, habere, putare. Pro concione omnes laudati sunt.*

PALAM. *Centurio rem creditori palàm populo solvit: Palam omnibus.*

SINE. *Homò sine re, sine fide, sine spe. Nulla dies sine linea. Vitiis nemo sine nascitur; optimus ille est, qui minimis urgetur.* Horat.

TENUS. *Umbilico tenus. Ore tenus. Verbo tenus. Quatenus, Hactenus, Lateri capulo tenus abdidit ensem.*

II.

In, Sub, Super & Subter utrique casui serviunt: Accusativo, cùm *motum ad locum*; Ablativo, cùm *quietem* significat, vel *in loco aliquid fieri*, ut:

IN. *Ivit in oppidum, Dicere in aurem, In duos menses inducia factæ sunt. Hostilem in modum*, i. e. secundum morem hostium. *In bonam partem accipere. Nitimur in veri-*

tum

tum semper cupimisque negata. In os aliquem laudare. In aurem utramvis ottosè dormire. In rem est. In diem vivere. In manu sumere. Est in urbe. In tempore ad eam veni. Vel heri in vino quàm immodestus fuisti. In deliciis aliquid habere. In gloria numerare. In invidia esse. In obscuro vitam agere. In proclivi, in promptu est. In manibus habere. Victoria est in manibus.

SUB. *Mittere sub jugum. Sub brumam, sub vesperam, sub noctem. Sub cas literas statim recitata sunt tua. Sub aspectum, sensus cadere.*

Sub dio, sub mensa, manu. Sub Alexandro, sub cœna. Jacet sub arbore. Sub specie pacis. Sub galli cantus.

SUPER. *Demetrius super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam. Super cœnam, id est,* inter cœnandum. *Amnis super ripas effusus. Super hæc omnia, id est,* præter. *Super tres cyathos ebibit, id est,* plusquam.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. Fronde super viridi. Super solio se collocavit.

SUBTER. *Subter præcordia. Subter testudine.*

Observ. 1. Præpositio interdum redundat, ut: *Ingreditur in urbem:* interdum omittitur, ut: *Victoria bellis civilibus semper est insolens,* pro in bellis.

2. *Clam* etiam cum Accusativo ponitur, ut: *Clam patrem.* Terent.

3. *Tenus* Græcorum imitatione etiam cum Genitivo plurali jungitur, ut:

Et crurum tenus à mento palearia pendent. Virgil.

4. *Procul* interdum præpositionibus accensetur, & adsciscit tam Accusativum, quam Ablativum, ut: *Procul muros, procul dubio.*

5. Præpositiones quando amittunt casum suum, fiunt Adverbia, ut:

Vitam

Vitam mortemque juxta æstimat.
Longo post tempore venit.
I præ, sequar. Palam est, pisces audire.

6. Præpositiones interdum etiam aliis Præpositionibus & Adverbiis præponuntur, ut:
Ex adversum est fabrica. Ter.

Cap. XVI.

De Constructione Interjectionum.

1. Multæ Interjectiones sæpè absolutè sine Casibus in oratione ponuntur:
Eheu, quàm pingui macer est mihi taurus in arvo.

2. *Hei & Væ* Dativum adsciscunt, ut:
Hei mihi qualis erat: Væ tibi, Væ capiti tuo.

3. *Vah & Ah* regunt Accusativum & Vocativum, ut:
Ah miserum! Ah virgo infelix!
Vah inconstantiam! Vah homo impudens!

4. *Hem & Heu* Dativum, Accusativum & Vocativum adsciscunt, ut:
Hem misero mihi. Hem astutias. Hem Pamphile.
Heu misero mihi. Heu me miserum. Heu pietas, heu prisca fides.
Eheu Accusativum habet, ut: *Eheu conditionem hujus temporis.*

5. *Heus & Obe* Vocativum regunt, ut:
Heus Syre. Obe jam satis est. Obe libelle. Martial.

6. *O exclamandi* particula & *Proh* Indignantis Nominativum, Accusativum & Vocativum admittunt, ut:
O Vir fortis atque amicus! Ter.

O me

O me perditum? O me afflictum:
O Dave: itane contemnor abs te?
Proh quanta humana vesania mentis:
Proh DEUM atque hominum fidem:
Proh sancte jupiter:
O sæpè omittitur, ut:
Me cæcum, qui hæc ante non viderim?

Cap. VI.

De Constructione Figurata.

Hactenus de constructione Regulari: Nunc de ea, quæ Figurata dicitur, *hoc est* quæ à regulis communibus nonnihil discedit. Sunt autem Figuræ præcipuè octo: *Evocatio, Zeugma, Syllepsis, Prolepsis, Synthesis, Synecdoche, Antiptosis, Enallage.* Eæque omnes; (quod quidem pueri diligenter observent) sunt veluti Exceptiones ad his duabus Regulis: *Adjectivum & Substantivum eodem genere, &c. Et Nominativus præcedit verbum personale, &c.* Atque adeo in plerisque aut aliquid subintelligitur, aut Constructio ad intellectum refertur.

I. EVOCATIO.

EVOCATIONEM vocarunt cum Verbo primæ vel secundæ Personæ Nominativus tertiæ Personæ præponitur, ut:

Ego Virgilius lego. Tu Johannes scribis.
Nos poma natamus. Nos fratres hoc fecimus.
Tum denique homines nostra intelligimus bona, cum, qua.

In-

In poteſtate habuimus, ea amiſimus.
Coram, quem quaritis, adſum, Troius Æneas.

II. *ZEUGMA.*

II. ZEUGMA eſt, cùm multis Subſtantivis inter ſe junctis unum Verbum vel adjectivum additur, quod cum propiore conſentit, ut:

Nihil hic niſi carmina deſunt.
Hic illius arma, hic currus fuit.
Ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Republica eſt percontatus.
Sunt nobis mitia poma, Caſtaneaque nuces, & preſſi copia lactis.
Quamvis ille niger, quamvis tu candidus eſſes.
Rex & Regina irata.
Caper tibi ſalvus & hadi.
Sociis & Rege recepto.
Salutem tibi dicit, Lepta & omnes.
Lepta & omnes tibi ſalutem dicunt.

(Differentia Zeugmatis & Syllepſis hæc eſt: In Zeugmate Verbum vel Adjectivum cum propiore, in Syllepſi cum digniore Subſtantivo conſentit. Porrò Maſculinum genus dignius eſt Fœminino: Fœmininum dignius Neutro: Prima item perſona dignior eſt ſecundâ. Secunda dignior tertiâ: Numerus pluralis præſtat Singulari.)

III. *SYLLEPSIS.*

Syllepſis quadruplex eſt.

SYLLEPSIS NUMERORUM eſt,

cum duo singularia, aut plurale cum singulari poscunt Verbum, vel Adjectivum, vel Substantivum plurale, ut:

Furor iraque mentem præcipitant.
Odium & metus pessimi ad diuturnitatem custodes,
Moses & Aaron Israelitarum Duces.
Discipuli & Præceptor sedulò suum officium faciunt:
Allia serpillumque herbas contundit olentes.

SYLLEPSIS GENERUM est, cum duobus vel pluribus Substantivis rerum animatarum & diversorum generum, apponitur Adjectivum plurale, quod cum digniori in Genere consentit, ut:

Rogabat, quàm pridem mihi pater & mater mortui essent,
Ascanium, patremque meum, juxtaque Crausam,
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam:

ALTERA SYLLEPSIS GENERUM est, cum duobus vel plurimis Substantivis rerum inanimatarum apponitur Adjectivum, vel Relativum plurale, idque genere neutro, ut:

Operam, studium, consilium, rem, fidem meam tibi ad omnes res parata putes.
Murus & porta de cœlo tacta sunt.
Vita, mors, divitiæ, & paupertas omnes homines vehementer permovent: quæ qui excelso animo despiciunt, in magna sunt admiratione.

SYLLEPSIS PERSONARUM est, cum Nominativis diversarum personarum appo-

apponitur Verbum plurale, quod cum digniori persona consentit, ut:

Hæc neque ego neque tu intelligimus.
Ego & ille rem male gessimus.
Tu & pater fuistis idololatræ.
Egregiam vero laudem & spolia ampla refertis.
Tuque puerque tuus. Virgil.

SYLLEPSIS CASUUM est, cum Nominativo & Ablativo inter se cohærentibus Verbum plurale additur, ut:

Remo cum fratre Quirinus Jura dabant. Virg.
Littora cum plausu clamor superasque Deorum
Implevére domos. Ovid.

Sed hæc Poetis ferè relinquenda est: Sine figura dicimus:

Jura dabat populis Remo cum fratre Quirinus.

IV. PROLEPSIS seu Anticipatio est, cum toti alicui partes subjiciuntur, diversis numeris aut personis, Verbo non repetito, ut:

Compulerantque greges Corydon & Thyrsis in unum:
Thyrsis oves, Corydon distentas lacte Capellas.
Ambo defessi sumus: ego dictando, tu excipiendo.

V. SYNTHESIS NUMERI est, cum Nomini multitudinis singulari respondet Verbum vel Adjectivum plurale, ut:

Turba ruunt. Maxima pars vulnerati.
Capita conjurationis trucidati, pro quibus puer dicet. *Turba ruit, Maxima pars vulnerata, Capita conjurationis trucidata.*

V. SYNTHESIS GENERIS est, cum Substantivo qualicunque Adjectivum diversi generis subjicitur, quod ad intellectum, non ad vocem, refertur, ut:

Ut Eunuchum suam, scil. Fabulam.
Centauro invehitur magna, sc. navi.
Dii illum senium perdant, pro, illum senem.
Duo millia crucibus affixi : tria millia cæsi.

In quibusdam utraque Synthesis concurrit, ut:

Pars mersi tenuère ratem.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.
Maxima pars vulnerati aut occisi sunt.

VI. SYNECDOCHE est, cum Nomini Adjectivo, vel Verbo passivo, vel Neutro, jungitur Accusativus, qui partem totius significat, ut:

Æger pedes. Cressa genus.
Miles fractus membra multo labore.
Pluribus ille notis variatam pingitur alvum.
Purgor bilem. Doleo caput. Tremit artus.
Galea caput ille premetur.
Et cærulea colla tumentem.

Orator hæc sic effert: *Est æger pedibus, vel ægris pedibus. Cretensis genere. Miles cui membra fracta sunt labore, vel Miles jam fractus seu confectus laboribus. Alvus ei variis notis picta est. Cui collum tumet. Dolet mihi caput. Tremit artubus.*

VII. ANTIPTOSIS est, cùm Casus pro Casu ponitur: fitque peculiariter, cùm antecedens imitatur Casum Relativi.

Urbem

Urbem, quam statuo, vestra est.
Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.
Eunuchum, quem dedisti nobis, quas turbas dedit.
Magistratum, quem non gesserim, nullus est.
Phaselus iste, quem videtis hospites, ait fuisse navium celerrimus.
Restitue in quem me accepisti locum, pro, in quo.
Quas ad Senatum dedisti literas recitata sunt. Idque posterius mollius est, præmisso relativo.

VIII. ENALLAGE est, cum Verbum Substantivum, sive solum, sive unà cum Participio, inter duos Nominativus positum, quod cum præcedente convenire debebat, sequenti congruit, ut:

Panis erat primis viridis mortalibus herba, pro herbæ erant.
Non omnis error stultitia dicenda est, pro dicendus est stultitia.
Gens universa Veneti appellati.
Ludi fuere Megalesia appellata.
Paupertas mihi onus visum est miserum & grave: pro visa est onus.

NOTA, qvod in Narrationibus scitè infinito modo pro finito utamur, ut:

Facilè omnes perferre ac pati pro perferebat ac patiebatur.
Invidere omnes mihi, mordere clanculum, ego non flocci pendere. i. invidebant, vel invidere cœperunt, &c.
Sic omnia fatis in pejus ruere, i. ruunt, vel ruere incipiunt, vel, miserumnè, sic omnia ruere.

ELLIPSIS.

Pueri etiam obſervent varias easque elegantes ELLIPSES, ut:

Eſt, qui te conventum vult.
Sunt, qui te conventum velint, ſcilicet, quidam.
Eſt, quando id facere liceat, ſcilicet, tempus.
Eſt, ubi id minus deceat, ſcilicet, locus.
Mene inceptis deſiſtere victam? ſcilicet, æquum eſt.
Tantamne rem tam negligenter agere, ſcilicet, oportet.
Liberatus eſt quartana, ſcilicet, febri.
Ubi ad Telluris veneris, ſcilicet, ædem, vel templum.
Non veſcetur ſuillâ, ſcilicet, carne.
Dextra, ſcilicet, manus. *Natalis*, ſcilicet, dies.
Dulce ſatis humor, i. e. res dulcis.
Triſte lupus ſtabulis, ſcilicet, eſt, i. e. res triſtis, &c.
Fama malum, i. e. res mala, quæ exempla tamen ad Appoſitionem non inconvenienter referes.
Biennium eſt, ex quo cœpi Græcè diſcere: Ex quo, ſcilicet, tempore.
Primas illi tribuunt: & *Non feram poſteriores*, ſcilicet partes.
Non ſum ſolvendo: *Non eſt ferendo oneri*: *Non eſt inficiando reus*: *Hoc pomum non eſt eſui*; In his *pars*: *ſufficiens*, *aptus*, *aut ſimile quid* ſubintelligitur.
Properabamus ad caſtra, quæ aberant bidui ſcilicet iter, vel itinere.
Nunc id prodeo, i. e. ob id. *Quid me futurum cenſes*, i. de me.
Plus minus, pro plus minusve.
Veni in Tuſculanum, ſcilicet, prædium.
Quid multis opus eſt? ſcilicet, verbis.
Quatuor, aut ſummum quinque ſunt inventi, pro aut ad ſummum.

One-

Onerariæ omnes ad unam à nobis sunt exceptæ, pro usque ad unam.

Adeo eleganter, ut nihil supra, scilicet, dici vel fieri possit.

Scire, docere, discere fidibus, scilicet, canere.

Quid lætaris? quid gloriaris? quid tristis es? id est propter quid

Maximam partem, id est, Maximè.

Non amplius tres ulnas, pro, quam tres ulnas, seu amplius tribus ulnis.

Tertio Maji, scil. die. *Hectoris Andromache*, scil. uxor.

Rhodum volo seu cogito, scil, proficiscì.

Quid hoc ad me, scil. attinet.

Dii meliora, scil. dare, vel dent.

Plus quingentos colaphos, & plus satis, i. plusquam.

Altera die, scil. post. *quàm à Brundusio solvit.*

Tertio Calendas, pro, ante calendas. *Postridie ludos*, pro post ludos.

Quibus annumera & hoc: *Sestertium decies ei numeravit.* Hic subauditur, *centena millia*, quæ in prima in Verrem expressit: Possum dicere: *Dionem sestertium decies centena millia numerasse.* Sunt & alia propemodum infinita, quæ docebit rerum omnium magister usus.

II.

GRÆCISMI.

Sunt & GRÆCISMI, quibus parcè uti licet, ut:

Videre est, i. e. licet. *Paratus omnia perpeti, & ad perpetiendum. Indocilis pauperiem pati.*

Aggredior dicere, & ad dicendum.

Sæpè manè ingressum scribere, nox oppressit.

Consilium ceperunt ex oppido profugere, vel profugiendi, quod est usitatius.

Tempus jam est de ordine argumentorum dicere, vel: *nunc de ordine argumentorum dicendi tempus est: nunc tempus est dicamus*, vel, *ut dicamus, &c.*

Honesta bonus viris, non occulta queruntur.

III.

POETICA.

Hæ atque aliæ formæ loquendi Poëtis & horum similibus relinquendæ sunt, ut:

Peritus cantare, pro cantandi.

Amor cognoscere, pro cognoscendi.

Venio salutare amicos, pro salutatum.

Da mihi edere, bibere, pro, Da quod edam, Da quod bibam.

Æternas quoniam pœnas in morte timendum est, pro pœnæ æternæ timendæ sunt.

Sensit medios delapsus in hostes, pro sensit, se delapsum esse in hostes.

Tutumque putavit, jam bonus esse socer, pro, bonum esse socerum.

Abstine irarum, pro ira.

Desine querelarum, pro, desine irasci aut queri.

Nigræ lanarum. Canum degeneres, pro, Canes.

Duo ordinarii consules ejus amici, alter morbo; alter ferro periit, pro, duorum consulum alter.

Mersus profundo, pro in profundum.

Deducunt naves pelago, pro in pelagus.

Paulum sepultæ distat inertiæ celata virtus. i. ab inertia.

Induo te vestem pro induo tibi vestem, vel induo te veste.

Tor-

Torvum tuetur, id est, torvè.
Oberrat vesperinus, nocturnus, matutinus, pro Vesperi, Noctu, Mane.

IV.

PLEONASMI.

Observentur & hi Pleonasmi, ut:

Diem dicunt, quo die convenire oportet omnes.
Ut ne impunè id facias, pro ne.
Suo sibi hunc gladio jugulo.
Quid mihi Celsus ait?
Is mihi etiam gloriabitur.
Sic ore locuta est. His oculis vidi. Auribus nostris audivimus, &c.

Cap. XVI.

De Naturali Ordine Constructionis.

1. In omni Periodo vel sententiâ qualicunque Constructionem ordiuntur *Adverbia* hortandi, demonstrandi, optandi, prohibendi, similitudinis; Item *Conjunctiones*, *Interjectiones*, *Interrogativa* omnia & vim *relativam* habentia, ut sunt: Donec, Quando, Siquando, Postquam, Quemadmodum, Etsi, Quanquam, &c.

2. *Vocativus* si adsit.

3. Verbum *Impersonale* cum suo casu.

4. His deficientibus *Nominativus*, aut, quod vice Nominativi fungitur, primum locum occupat.

5. Nominativo subjungitur vox illi cohærens, nempe *Adjectivum*, item *Genitivus vel Ablativus.*

6. Hinc verbum *Personale finitum.*

7. Verbo addantur Adverbia cætera, item Nominativus sequens, aut casus obliqui, aut aliud verbum.

8. Succedunt Infinitivi cum Accusativo â fronte.

9. Ablativi consequentiæ & præpositiones cum suis casibus, Gerundia, &c.

10. Compleatur etiam in constructione, vel à generali repetatur, ubi in textu aliquid deest.

EXEMPLA.

Cic. III. Offic. *Publium Scipionem, Marce fili, eum, qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit ferè ejus æqualis, nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset.*

Hæc ita construenda sunt:

Marce Fili, Cato, qui fuit ferè æqualis *Scipionis*, scripsit Publ. Scipionem qui primus Africanus appellatus est, solitum esse dicere, se nunquam esse minus otiosum, quam *tunc* cùm esset otiosus, nec *se unquam esse* minùs solùm, quàm cum esset solus.

ALIUD.

Virgil. *Urbem quam dicunt Romam, Melibœe, putavi*
Stultus ego huic nostræ similem, quo sæpè solemus
Pastores ovium teneros depellere fœtus.

SIC CONSTRUE:

O Melibœe, ego stultus putavi, urbem, quam dicunt Romam *(esse)* similem huic nostræ *(urbi Mantuæ)* quo *(nos)* pastores solemus sæpe depellere fœtus ovium.

ALI-

ALIUD.

Non datur ad Musas currere lata via.

CONSTRUE. Via currere (pro via currendi more Græco, vel via, quâ curritur) ad Musas, non datur lata.

Sic: *Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.*

Construe: Tueri parta, h. e. parsimonia, non est virtus minor, quàm quærere, h. e. industria in quærendis opibus.

Cic. *Hoc præscripta servantem, licet magnificè graviter animoseque vivere.* Construe: Licet servantem hæc præscripta vivere magnificè, graviter, animoseque.

Cap. XVII.

De Distinctionibus vel interpunctionibus orationis.

Distinctio est certa notandi ratio, quâ ad facilem legentis captum, orationem scriptam in sua membra secamus & distinguimus.

Ejus notæ sunt novem: Comma, Semicolon, Colon, Punctum, Signum Interrogationis, Exclamationis, Parentheseos, Diæreseos, Connexionis.

COMMA, seu *Virgula*, est semicirculus utroque cornu lævam spectans.

Hujus munus est, non integram sententiam seu periodum terminare, aut sententiæ partes seu membra discernere; sed nomina aut verba distinguere, si modo inter se differant, ut:

Domus, uxor, liberi inventi, invito patre. Ter.

Omnes homines, qui sese student præstare cæteris animalibus, summâ ope niti decet, ne vitam silentio transigant, veluti pecora.

SE-

SEMICOLON est punctum cum subjecto semicirculo.

Hoc utimur, cum aut contraria nomina & sententiæ partes sibi oppositas discernimus; aut cùm propter sententiæ varietatem, Comma vel semicirculus parum virium habet ad distinguendum: quod sententia feratur cursu nimis præcipiti, cum parumper deberet consistere: Colon autem vel geminum punctum magis, quam par est sententiam, quæ non fert tantam separationem, retardat, ut:

Est enim hæc, Judices, non scripta; sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus; Verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: Ad quam non docti; sed facti: non instituti; sed imbuti sumus, Cic.

Tacito cum opus est, clamas; cum loqui convenit, obmutescis.

COLON est punctum geminum, quorum alterum ad summum, alterum ad imum literæ signatur.

Hujus usus est cum sententia adhuc pendente & redditionem poscente, major, quam, aut Commatis, aut Semicoli mora requiritur: quod ferè fit, cùm sententia multa membra habet, quæ singula suis verbis reguntur, ut:

Nave fractâ multi incolumes evaserunt: ex naufragio patriæ salvus nemo potest enatare.

Ut agri non omnes fructiferi sunt, qui coluntur: sic animi non omnes culti fructum ferunt. Cic. 2. Tusc.

PUNCTUM FINALE est Punctum unicum ad imum literæ collocatum.

Hujus ea vis est, ut sententiam jam perfectam ac planè absolutam terminet, & silentii nota sit. Ubi tamen membra sunt concisa, colo potius quàm puncto utendum, ut:

Hospi-

Hospitium mihi para : cras enim adero.

Si verò post unicum punctum sequatur sententia superiori non dissimilis, primum ejus verbum incipiendum est literâ minusculâ : si vero dissimilis, Majusculâ, ut : Salustius : *Nostra omnis vis in animo & corpore sita est, animi imperio, corporis servitio magis utimur alterum nobis cum Diis, alterum cum bellus commune est.* Horat. lib. II. Od. XVI.

Lætus in præsens animus, quod ultra est,
Oderis curare ; & amare lato
Temperet risu, nihil est abomni
parte beatum.

Quod si non solum dissimilis sententia, sed dissimile omnino argumentum sequatur, tunc ea, quæ sequuntur, & Puncto & literâ majusculâ, etiam cum aliquo intervallo, sunt sejungenda.

SIGNUM INTERROGATIONIS est punctum, cui semicirculus, circum flexus, ceu flammula quædam, superimponitur ad affectum interrogantis & vehementiam sermonis exprimendam, hoc modo ? ut :

Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago ? Ovid.
Usque adeone mori miserum est ? Virgil.
Et dubitant homines serere atque impendere curam ?

Cicero pro Ligario : *Quid enim, Tubero, districtus ille tuus in acie Pharsalica gladius agebat ? cujus latus illo mucro petebat ? qui sensus erat armorum tuorum ? qua tua mens ? oculi ? manus ? ardor animi ? quid cupiebas ? quid optabas ?* Sic igitur quandoque singula verba, quandoque conjuncta notantur, quandoque sententiæ duntaxat finis. Neque enim audiendus Manutius, qui in producta sententia evanescere vim Interrogationis censet, & spatio velut imminui, quæ in primis statim verbis se prodebat : Ideoque ne quidem signo utendum. Nihil enim hoc aliud est, ut Puteanus ait, quam sagittam mittere, quæ citra scopum cadat ?

dat; telum vibrare, quod non pertingat. Fruſtra interrogando primam attollis periodum, niſi & ultima ſuſtentetur, Adhibendum igitur ſignum & vel tum maximè, cum dubitare poſſis, an Interrogatio defecerit: ut in illo Cic. V. Tuſcul. *Quo tandem igitur gaudio affici neceſſe eſt ſapientis animum cum his habitantem pernoctantemq; curis & cum totius mundi motus conſervationesq; proſpexerit, ſideraque videris innumerabilia cœlo inhærentia, cum ejus ipſius motu congruere certis infixa ſedibus: ſeptem alia ſuos quaq; tenere curſus multum inter ſe aut altitudine aut humilitate diſtantia, quarum vagi motus, rata tamen & certa ſui curſus ſpacia definiant?*

SIGNUM EXCLAMATIONIS vel EMPHASEOS eſt punctum, cui lineola recta ſurſum imminet, ut:

Rejicit ſe in eum, flens quàm familiariter!
O tempora! o mores!
O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos!

Utimur hoc ſigno in formulis Exclamandi, Admirandi, Optandi & ſimilibus.

SIGNUM PARENTHESEOS ſunt duo majores ſemicirculi, quorum prior lunæ decreſcentis, poſterior ejusdem creſcentis, imaginem repræſentat, ut:

Facit hoc vel virtus tua, vel vicinitas, (quod ego in propinqua parte amicitiæ puto,) ut te audacter moneam, Ter.

Parentheſi autem includi oportet ea, quæ nec ſententiæ partes ſunt, nec ab ullo, aut antecedente aut ſubſequente, verbo reguntur, nec ſi abſint, detrimenti quidquam patitur ſententia.

SI-

SIGNUM DIÆRESEOS sunt duo puncta duabus vocalibus supernè imposita, ut significent eas extra Diphthongum & distinctè legendas esse, ut: *Poëta, Noëma, Murus aëneus, Aquaï, Phaëthon.*

SIGNUM CONNEXIONIS est lineola, quæ voci, quæ propter partium compositarum integritatem duplex videtur esse, interponitur, ut intelligatur, unicum tantum esse dictionem, ut: *Ante-malorum. Heri semper-lenitas.* Græcis dicitur ὑφὲν.

LIBER IV.

De

PROSODIA.

Cap. I.

De

Syllabarum omnium Quantitate in genere.

PROSODIA est pars Grammaticæ, quæ ex Syllabarum quantitate docet, quo accentu dictio quæquæ sit pronuncianda.

Syl-

Syllaba est comprehensio sive duarum, sive plurium literarum, quæ uno eodemque spiritu & tono efferuntur, ut: *De, pes, crus, frus, stirps, ho-mi-ni-bus, &c.*

Ubi tamen notandum, *quod & quælibet Vocalis, sicut & quælibet diphthongus, Syllabam constituat: ut* a *in* ago, e *in* ego, i *in* imo, o *in* opus, u *in* usus, æ *in* ævum, œ *in* Oedibus, au *in* aurum, eu *in* Europa, &c.

Omnes Syllabæ *aut sunt* primæ *aut* mediæ, *aut* ultimæ, *eæque vel* longæ, *vel* breves, *vel* ancipites *id est, communes seu ambiguæ.*

Quantitas Syllabarum cognoscitur vel in Genere, vel in Specie.

Qvantitas omnium Syllabarum cognoscitur in Genere, quatuor modis: 1. *Positione.* 2. *Diphthongo.* 3. *Regula.* 4. *Exemplo* seu *Autoritate.*

POSITIO.

Omnis Positio longa est.

Positio autem est, cum in eâdem dictione, vel in diversis, duæ pluresve Consonantes, aut una geminata, aut è Duplicibus aliqua, videlicet X vel Z, vocalem sequitur. In eâdem, ut: *Carmen, ineptus, sapiens, annus, capillus, axis, Gaza, &c.* In diversis, ut: *Nos pariam*

patriam fugimus, tu, &c. Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram.

EXCEPTIO.

Multa cum liquida L vel R, Syllabam naturâ brevem reddit ancipitem, ut *Patris, &c.*

Hic quia *a* in *pater*, est brevis, ideo in *patris*, *patri*, *patrem*, *&c.* propter mutam *t*, cum liquida *r*, concurrentem est anceps seu communis, Sic: *ne* in *tenebræ*, *a* in *apri*, *pa* in *Patroclus*, *a* in *Atrides*, *ce* in *Cedrus*, *cu* in *Cupressus*, *gu* in *Lugubris*, *re* in *meretrix*, *qua in quadrupes*, *cy* in *Cyclops*, *la* in *latronis*, & in cæteris, Syllabæ sunt communes seu ancipites, propter mutas cum liquidis concurrentes.

At quia *a* in *mater*, naturâ longum est, ergo & in *matris*, *matri*, *matrem*, *&c.* longum erit, licet muta *t* cum liquida *r* concurrat. Sic: quia *a* in *ater*, *acer*, *latro*, *as*, longum est naturâ, ideo & In *atri*, *acris*, *latratus*, & cæteris casibus, longum erit, licet muta cum liquidâ concurrat. Idem judicium erit de cæteris.

NOTA.

I. Litera I, quoties & inter duas vocales ponitur, & quoties sequitur consonantem, consonantisque vicem, sub nomine Jod, sustinet, efficit Positionem: *ut in Ajo*, *Pompejus*, *Ajax*, *Harpyja*. *Quid juvat aspectus*, *JESU bone*, *&c.* Nisi per Diæresin *positionem evites*, ut, pro, *JESU* dicas *JĕSUS*, *&c.*

II. Litera U, quoties sequens consonantem sortitur nomen vaf, & hâc figura *v* scribitur, efficit positionem;

ut in vocibus *invoco*, *invito*, *invideo*, &c. Nisi, & hic fiat quandoque Dieræsis, ut pro *solvo*, dicas *soliio*, pro *voivo*, *voliio*, &c.

III. Positio etiam interdum fit, cum post vocalem finalem sequitur dictio à duabus vel Pluribus Consonantibus incipiens, ut:

Ferte citi flammam: date tela: scandite muros. Virgil.
Nulla fuga tutò, nulla spes: omnia muta. Ovid.

Ubi tamen licebit ejusmodi Syllabas & corripere, ut:

Vivere spe vidi, qui morìturus erat:
Linquimus insani ridentes pramia scriba.

Negat vero Murmelius, in tabulis suis prosodicis Positionem fieri, si Vocalem finalem sequatur dictio Duplici X & Z incipiens, ut:

Talem fama canit tumidum super æquora Xerxem.
------ nemorosa Zarcynthus ------ jura Zaleucus. Sed tamen dictio enclitica *que*, sequente X. videtur produci, ut: *Drymoque, Xanthoque, Lygeaque, Phillodoceque.* Sicut & alias *que* producitur, ut: *Fluminaq; montesque & in altas proflua sylvas.* Et *Liminaque larusque* DEI *totusque moveri*, &c.

IV. Si in Græcis mutam sequitur M, L, & N, Syllaba fit anceps, ut: *Tecmessa*, *Atlas*, *Cygnus*, *Progne*, *Ichneumon*, &c.

II.
DIPHTHONGUS.

Diphthongus omnis longa est ut: *Æolus*, *Oedipus*, *Aura*, *Eurus*, *Eja*, *parteis*, *omneis*, &c.

NO-

NOTANDUM.

1. *Præ*, in Compositione, sequente vocali, corripitur, ut: *Præesse, præire, præstus, præhendo, præacutus, &c.* ut: *Ver præit æstatem, Sudibusque præustis, &c.* Interdum tamen producitur, ut: *Domino præiret Arion.*

2. Æ Interdum etiam extra compositionem, more Græcorum, sequente vocali, corripitur, ut: *Insulæ Ionio in magno &c.* In voce *Æææ*, tamen longæ sunt omnes Syllabæ, ut: *Infernique lacus Æææque insula Circes.*

3. Interdum resolvitur Diphthongus in duas vocales, ut: *Gaüdeo* pro *Gaudeo: Orpheïs*, pro *Orpheus; aheneus*, pro *æneus; Aulaï*, pro *aulæ; aquai*, pro *aquæ vitai*, pro *vitâ, &c.*

III.

REGULA I.

Regulâ Syllaba potest & produci & corripi, *Regulæ verò usitatissimæ sunt hæ:*

1. Contractio seu Crasis longam efficit Syllabum, ut: *Tempe*, pro *tempea*; *Mele*, pro *melea*; *Cete*, pro *cetea*; *Nil*, pro *nihil*; *Dî*, pro *Dii*; *Mî*, pro *mihi*; *Quis*, pro *quibus*; *Tibîcen*, pro *Tibiicen.*

2. Apostrophus Syllabam reddit interdum brevem, interdum longam, ut: *Viden', ut geminæ stent vertice cristæ. Nostin' an exciderint mecum loca. Illuc, und' abii,*

abii, redeo. Nemon' ut avarus. Tun' ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ, &c.

3. Monosyllaba fere producuntur in Nominibus, Pronominibus, Verbis, Adverbiis & Conjunctionibus, ut: *Te, Se, Si, Ne, Do, Sto, Flo, No, Proh, Ah, O, Ac, Dic, Duc, Hoc, Hic, Sal, Sol, Nil, Ren, Splen, Quin, Sin, En, Non, Far, Lar, Nar, Par, Ver, Cur, Fur, Fas, Mas, Vas, (vasis) Pes, Res, Spes, Es, (ab edo) Glis, Lis, Vis, Bos, Dos, Mos, Ros, Os, (oris) Crus, Grus, Jus, Mus, Plus, Pus, Rus, Thus.*

Excipiuntur hæc brevia: *Quod, Quid, Tot, & Enclitica, Que, Ne, Ve, cum Syllabicis Adjectionibus, Pte, Ce, Te.* Item: *Nec, Mel, Fel, Vel, Pol, An, Bis, Ter, Is, Quis, Vas, (vadis) Os, (ossis) Es, (à sum) & præpositiones quædam*, de qvibus infrà.

NB. *Fac, Hic, (Pronomen) Vir, Cor*, Communia habentur.
Sed juxta qvosdam *Cor, Vir, Fac*, corripiuntur.

4. Præterita duarum Syllabarum priorem producunt, ut: *Veni, Vidi, Vici.*

Excipiuntur sex: *Dedi, Steti, Scidi, Fidi, Bibi, Tuli.* Id quod patet ex Compositis *Addidi, Astiti, Conscidi, Diffidi, Ebibi, Attuli.* His adde & ea Præterita, quæ vocalem habent ante vocalem, ut: *Fui, Rui, Sui, &c.*

5. Præterita principium geminantia, primam habent correptam, ut: *Cecidi, Didici, Momordi, Cucurri, Fefelli, Tetigi, Pepuli, Spopondi, Totondi, Pupugi, Tutudi.*

Qui-

Quibus adduntur: *Pepédi à pedo, cecidi à cædo*, quorum media longa, prima brevis est.

6. Præteritorum & supinorum non dissyllaborum tanta est prima præteriti, quanta prima præsentis, ut: *amo* habet primam brevem, ergo & *amavi*. Excipiuntur: *Genui, à gigno, Posui, à pono, Coegi, à cogo, Potui, à possum*.

7. Supina duarum Syllabarum producuntur, ut: *Lusum, Fusum, Visum, Cretum, &c.*

Excipiuntur novem: *Datum, Ratum, Satum, Citum, Itum, Litum, Quitum, Situm, Rutum.* Quibus adde *Statum*, quod apud veteres fuit anceps.

8. Tempora Verborum, Præsentis & præteriti, de quibus formantur, etiam in reliquis temporibus & modis sequuntur quantitatem, ut: *Lego in iis, quæ ab Indicativo Præsenti veniunt, corripitur, ut: Legebam, Legam, Lege, Legito, Legerem, Legere. In iis, quæ à Præterito, producitur, ut: Legi, Legerem, Legissem, Legerim, Legero, Legisse.*

9. Voces qvædam separatim longæ, in compositione fiunt breves, ut: u *in* Diu *est longa*, Si, *est longa*, Ti, *in* Toti, *est longa*, Do *in* Modo, *longa est*: At breves fiunt in Compositione, ut: in *Diuturnus*, *Siquidem*, *Totidem*, *Quomodo*.

10. Nomina propria non retinent perpetuò Syllabæ primæ quantitatem; sed modò producuntur, modo corripiuntur: Talia sunt *Sichæus*, *Pelion*, *Pyrene*, *Fidenæ*,

næ, Cærites, Orion, &c. primam habent naturâ brevem, ut: *Sicanius*, *Italus & Arabs*, sed in derivatis; *Sicania*, *Italia*, *Arabia*, producuntur. Sic: *Cybele* habet penultimam communem.

Oenotria, *Apulia*, *Sidonius*, *Ionius*, habent antepenultimam communem: Sicut & in Genitivi: Orionis, Syphacis.

11. BI & TRI in compositione corripiuntur, ut: *Biceps*, *Bidens*, *Bivium*, *Triceps*, *Tridens*, *Trivium*, *Tricuspis*, *Tricorpor*, &c. Sed in *Biduum & Triduum* producuntur. Sic & TRE in *Tredecim*, *trecenti* & Du in *Duplex* & *duplus*, brevia sunt; Sed TRE in *Trevir* longum est.

12. In verbis desiderativis in RIO, antepenultima in quibusdam corripitur, ut: *Esurio*, *Parturio*, &c. In qvibusdam producitur, ut: *Scaturio*, *Ligurio*, *Prurio*, *Cucurio*, &c.

13. Variatio significationis variat quantitatem: *De quibus consule versus memoriales, in fine hujus Grammaticæ, de Differentiis vocum*, &c.

IV.

EXEMPLUM SEU AUTORITAS.

Exemplo, seu Autoritate Syllaba est anceps seu communis: corripi enim & produci potest secundum Exem-

Exempla Poëtarum probatorum, & hac utimur, quando Regulis & Rationibus destituimur. Exempli gratia O in voce *oculus* est Syllaba brevis, quia Ovidius dixit: *Aspiciunt oculis superi mortalia justis.* Sic, *Cu*, in *pecunia*, est longa, quia Horatius dixit: *Et genus & formam regina pecunia donat.* Huc pertinent; *Verus, Clandestinus, Inquino, Rubrica, Temetum, &c.*

Cap. II.

De Prima ac Mediæ Syllabæ Quantitate in genere.

Prima ac Media Syllaba præter eas rationes, quas modò enumeravi, dignoscuntur, 1. *Vocali ante Vocalem.* 2. *Derivatione.*

II.

VOCALIS ANTE VOCALEM.

Vocali ante vocalem plerumque Syllaba corripitur, ut in *Priamus, Italia, Filius, Janua, Servitium, Puella, &c.*

EXCIPE.

In Græcis dictionibus vocalis longa ante vocalem producitur, ut in his: *Laertes, Menelaus, Medea, Briseis, Pierius, Io, Aer, &c.*

2. In Genitivis & Dativis quintæ Declinationis penultimum E inter duo I producitur, ut: *Diéi, aciei, progeniei, speciei, &c.* Sed si consonans præcedit E, corripitur, ut: *Res, rei, fides, fidei, &c.*

3. Genitivi Pronominum, Nominumque in IUS habent in sollutâ oratione I longum; in carmine vero habent I commune: Præter *Alius*, quod in Genitivo I tantum producit, Et *Alterius*, quod semper I corripit.

4. FI in *fio, fiebam & fiam*, longum est: in *fierem*, verò & *fieri* breve est ut:

Omnia jam fient, fieri quæcunque negabam.

5. O Exclamantis particula, ante vocalem, modò longum, modò breve est, ut:

O utinam mea fors, quò primùm cœperit, isset!

Et: *Te Corydon, O Alexi, trahit sua quemque voluptas.*

6. Possessiva in ejus, eia, eium, Antepenultimam longam habent, ut: *Priamëius, Cybelëus, Ænëius, Rhodopëius.* Sic: *Pompëi, Vultëi, Cäi, & similes Vocativi.*

II.

DERIVATIO.

Derivatum sequitur naturam Originis sive Thematis sui, *id est*, qvalis est qvantitas originis, talis etiam est quantitas ejus quod inde descendit, ut: *Jocari*, primam habet brevem: venit enim à nomine *Jocus*, cujus prima brevis est:

Ita

Ita dicimus: *Salúbris*, *simulâchrum*, *volutâbrum*, Licet vocalem sequatur Muta cum Liquida, quia sunt: *à salutis*, *simulatum*, *volutatum*. Sic *Fo*, in *suffóco* est syllaba longa, quia est *à Faux*, *faucis*.

EXCEPTIO.

1. E in *Scatebræ*, *Latebræ* anceps est, licet origo ipsa sit longa. *Comitia*, item *Prónubus* repugnant origini. *Connubium* est anceps.

2. Mutatis literis, etiam quantitas plerumque mutari solet: ideoque *Jumentum à juvo*, *Mobilis & momentum à moveo*, *Fomes & Fomentum à foveo*, producunt primam.

3. A brevibus derivantur dictiones longæ; & contra, à Longis derivantur dictiones Breves: quarum maxima pars comprehenditur sequentibus versiculis.

Corripiuntur à primitivis longis.

Perfidus atque fides, odium, ducis atque lucerna.
Et stabilis, stabulum, titulus, nato, arena, disertus.
Et sopor & fragilis, fragor, & noto, arista, mamilla.
Atque sagax, strigilis, & ofella, curulis, Omasum.
Et fanus, ligula & lolium, siquidemque, sigillum.
Post vitiumque dicaxque, vadumque, his adde quasillum.

Producuntur à primitivis brevibus:

Junior & vocis, regis, quoque regula legis.
Tegula, laterna & seculum, vomer, quoque vena.
Ceritus potus, feralis, remigo, remus.
Secius, & rapum, sedes & jugera vires.
Sicelis ac humor, denus, binus, quoque nonus.

Cap. III.

De Syllabarum Quantitate in ſpecie.

DE PRIMA SYLLABA.

Prima Syllaba ſeparatim tripliciter cognoſcitur: *Præpoſitione, Compoſitione, Reſolutione.*

I.

DE PRÆPOSITIONE.

Præpoſitionum aliæ in Compoſitione ſunt Longæ, aliæ vero Breves: idque juxta hos verſiculos:

Produc: *ā, ē, de, dī, ſe, præ, proque* Latinum.

Semper ſunto breves: *ab, ad, in, re, per, ob, ſuper, & ſub.*

Excipiuntur: DI, in *dirimo*, & *diſertus*, quod breve eſt, ſicut & DE, in *debiſco, deamo, deoſculor, dearguo*, & in reliquis à vocali incipientibus: Niſi fiat Craſis ſive contractio, ut: *deêſt* pro *deeſt*, *deêro* pro *deero*, *dein* pro *dein*, &c. Et: ubi Jod ſequitur, vel vaf, ut: *Dejicio, dejero, deveho, devoveo*, &c. PRO corripitur in *procella, profanus, profari, proficiſcor, profectò, pronepos, proneptis, protervus & propago, progente, Propheta, proſeſtus, profiteri, proavus, prohibeo.*

PRO *in procuro, profundo, propello*, eſt anceps, ſicut &, *in propino, propago, as, propulſo, procumbo, profeſſus, proſatus, profugio, profundus.* RE interdum etiam producitur, ut *in refert, recido, reduco, niſi legendum*

dum fit reccido, & redduco. O pro ob, *in omitto*, brevis est: Item CO, sequenti vocali, ut: *Coactus, coæternus, coacervo, &c. Et SE, in seorsum vel seorsim*, nisi per Crasin dicas *sorsim*.

II.

DE COMPOSITIONE.

Compositio Syllabarum correptiones & moras ipso significat Accentu, ut: *Potens impotens, Voro devoro, Gravis, pergravis, Bene perbene, Decus dedecus, Fero perfero, Quidem equidem siquidem*, penultima brevi. Rursus: *Clarus præclarus, Duro obduro, Mirum permirum, Pono depono, Primum apprimè*, penultimam longam habent.

III.

DE RESOLUTIONE.

Resolutio est compositioni contraria, & est, cum vox aliqua reducitur ad simplices, & ex litera finali apparet quantitas, ut: *utinam, & Quoties*, primam habent brevem, quia *ut & quot* corripiuntur. *Sicubi & Quinetiam*, primam habent longam, quia, *sic & quin* longa sunt. Excipe, *diu, & diuturnus*, de quibus supra in regulis.

Cap. IV.

De Quantitate Mediæ Syllabæ.

Media syllaba itidem cognoscitur tribus modus, *Compositione, Accentu & Diminutione*.

I. DE

I. DE COMPOSITIONE.

1. Quæ ex duobus Integris componuntur, retinent quantitatem simplicium, præsertim si separatim scribantur, ut: *Veri simile, agri cultura, primo genitus, Jure jurando, &c.*

2. Quæ vero ex duobus corruptis componuntur, aut ex corrupto & integro, si prior compositi pars in E vel I desinit, Syllabam eandem corripiunt: *Tremefacio, Multiplico, Magnifico, Fatidicus, Vatidicus, Causidicus, Artifex, Aurifaber, omnipotens, Cornicen, Tubicen, &c.*

Excipe:

Nimirum, Scilicet, Ilicet, Idem Masculinum, primam habent productam.

3. Composita à verbis secundæ Conjugationis, in quibus prior Compositi pars in E desinit, tàm longo quàm brevi E leguntur, ut: *Liquefacio, Madefacio, Valedico.*

4. O in Compositione in Latinis dictionibus ferè producitur, ut: *Quandoque, quandocunque, alioqui, utrobique, introduco, retroversus, controversus:* Præter, *hodie, quandoquidem, operio, & bardocucullus,* in quibus illud O compositionis corripitur.

II. DE ACCENTU.

Accentus est depressio vel elevatio Syllabæ

bæ. Unde Accentu syllaba est longa, vel brevis. Hinc traduntur hæ regulæ:

1. Adjectiva in INUS, quæ sunt à rebus animatis, I ante NUS producunt, ut: *Mustellinus, murînus aquilînus, equînus, porcînus, anserînus, &c.*

2. Adjectiva in INUS, quæ sunt â rebus inamatis, I ante NUS corripiunt, ut: *Adamántinus, crystallinus, Fáginus: práśinus, amygdálinus, cóccinus, crócinus, cupréssinus.*

Longum habent I *mediastinus, clandestinus, festinus, matutinus, vespertinus, &c.* Breve Ĭ habent: *Crástinus, serótinus, geminus, hornótinus, diútinus, pristinus, perendinus & similia ab Adverbiis orta.*

3. Accentus in polysyllabis ostendit quantitatum penultimæ, ut: *Dominus, conditor, amáre, &c.* itemque antepenultimæ, si redigi ad penultimam possit diminutione, ut: *Legemmus legeram, Amabamus, amabam, Sceleratissimus sceleratus, &c.*

4. Verba primæ Conjugationis in INO, quæ actionem significant absolutam, I ante NO producunt, ut: *Festino, inclino, propino, &c.*

Quorum vero actio ad aliud refertur, I ante NO, corripiunt, ut: *inquino, destino, prædéstino, contámino, &c.*

5. Verba in IGO, partim penultimam producunt, ut: *Fatigo, castigo, instigo, infligo, vestigo, frigo, fusti-*

go,

go, cum suis compositis, &c. partim verò corripiuntur, ut: *Lévigo, fúmigo, alligo, litigo, mitigo, návigo, rémigo, irrigo, &c. cum suis compositis.*

Nota: Cum penultima, *in Philosophia, Symphonia*, sit brevis, Latino tono dicendum est *Philosóphia, Symphónia:* Sed Græco tono dices: *Philosophía, Symphonía.* Nam Græci rationem habent ultimæ, Latini penultimæ.

III. DE DIMINUTIONE.

Diminutio est detractio, cum vel è principio, vel à fine dictionis Polysyllabicæ una atque altera, plurésve Syllabæ demuntur, & ex eo, quod reliquum est, elicitur quantitas.

A principio, ut: *Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives.* Hic in prima voce, *intolerabilius*, præpositio *in* dematur, & remanebunt sex syllabæ, de quibus si detrahas tres finales, relinquitur *tolera*, vox trium Syllabarum, ex qua voce poteris cognoscere, quanta sit Syllaba, *le*, in voce *intolerabilius*, videlicet correpta, propter accentum.

A fine, ut: *Pieridas, pueri, doctos & amate poëtas.* Hic in nomine *Pieridas:* adjectâ ultimâ syllabâ, manet: *Pieri*, unde antepenultimam intelligimus esse brevem: Item: *Sceleratissime:* Si scire voles, *Le*, quanta sit, tolle syllabas finales tres; *Ra* quanta, aufer duas: & hanc produci, illam corripi, ex ipso deprehendes Accentu.

Cap. XV.

De Quantitate ultimæ Syllabæ Regulæ.

1. Quanta est penultima Genitivi, in iis, quæ nominati-

nativum Syllabâ superant, tanta est & ultima Nominativi, ut penultima in *incúdis & locuplétis*, longa est: ergo ultima, in *incus & locuples* longa est. Sic: penultima, in *præsidis*, & *vulneris* brevis est: ergo ultima, in *præses & vulnus*, est brevis. Huc pertinent: *palus, salus, tellus, &c.* Item: *Miles, seges, ales, &c.*

Excipiuntur, quædam in AL, AR, & OR, ut: *Animal, calcar, amor, major, (& majus)* Hæc enim ultimam brevem habent, licet penultima Genitivi sit longa ⏑. Contrà: *Ceres, paries, aries, abies, compes, impar*, habent ultimam longam, licet penultima Genitivi sit brevis. Idem fit in verbis: ut quia dicimus, *amate, docete, audite*, ergo ultima, in *ama, doce*, producitur: Et quia dicimus, *legite & legeritis*, ergo ultima, in *lege & legeris*, est brevis. Cætera facilè cognoscentur ex incrementis temporum & casuum, præsertim genitivi tertiæ declinationis: De quibus vide aliorum præcepta ⏑.

REGULÆ
De
ULTIMÆ SYLLABÆ
quantitate ex terminatione cognoscenda.

A.

1. Nomina in A primæ aut tertiæ declinationis, item pluralia neutra, brevia sunt, ut: *Musa, dogma, scamna, &c.*

2. Ac-

2. Accusativi singulares secundæ & tertiæ Declinationis in *a* corripiuntur, ut: *Orphea*, *Ilionea*, *Phyllida*, *Agamemnona*, *Hectora*, &c.

3. Vocativi primæ Declinationis à Masculinis in AS, ut: *Andrea*, *Æneа*, *Thoma*, *Anchisa*, &c. modo producuntur, modò corripiuntur.

4. Ablativi primæ Declinationis in *a*, producuntur, ut: *Musâ*, *Æneа*, &c.

5. Numeralia in *ginta* sunt ambigua, ut: *Triginta*, *quadraginta*, &c.

6. Numeralia in *centa* & *genta*, corripiuntur, ut: *Ducenta*, *trecenta*, &c.

7. Imperativi primæ Conjugationis singulares: *Ama*, *clama*, *cessa*, &c. producuntur.

8. Partes indeclinabiles ut: *Infrà*, *suprà*, *ultra*, *frustra*, producuntur: *Quia*, *postea*, *ita*, & *eja* corripiuntur.

E.

1. E in fine dictionis corripitur, ut: *Amare*, *domine*, *Ganimede*, *Achille*, &c.

2. Ablativi primæ Declinationis Græci in *e*, ut: *Anchise*, *Syncope*, *Epitome*, &c. producuntur.

3. Ablativi quintæ Declinationis producuntur, ut: *Specie*, *fide*, *re*, &c. qvibus adde & *fame*, quia & illud olim quintæ fuit; nunc tertiæ.

4. Imperativi singulares secundæ Conjugationis, ut: *Doce*, *tene*, *sile*, &c. producuntur. Præter *vale* & *cave*, quæ duo sunt ancipita.

5. Ad

5. Adverbia hæc: *Spon.*, *fortè*, *sæpè*, *manè*, & *magè*, *eugè*, *agè*, *rite*, *penè*, *ponè*, *quippe*, *nempe*, & *similia*, corripiuntur: Sed *hodie*, *quare*, *pridie*, *prostridie*, *quotidie*, *ferme*, *valde* & *ohe* producuntur: *ferè*, ultimam habet ancipitem.

6. Adverbia in *e*, facta à nominibus secundæ Declinationis producuntur: *Belle*, *ægre*, *pulchre*, *docte*, *doctissime*, &c. *Male* & *bene* corripiuntur.

7. Adverbia orta à nominibus tertiæ Declinationis in IS corripiuntur, ut: *Impune*, *facile*.

8. Enclyticæ dictiones cum Syllabicis adjectionibus (*ut supra in Monosyllabis dictum*) corripiuntur.

I.

1. Omnia latina in I producuntur, ut: *Domini*, *speciei*, *nostri*, *legi*, &c.

2. Communia sunt, *Mihi*, *tibi*, *sibi*, *cui*, *sicubi*, *ubi*, *ibi*: Sed *nisi*, *quasi*, *sicuti*, *uti* rectius corripiuntur.

3. Vocativi Græci tertiæ Declinationis in *I* corripiuntur, ut: *Alexi*, *Amarilli*, *Phylli*, *Pari*, &c.

4. Dativi Græci tertiæ Declinationis in *I* corripiuntur, ut: *Palladi*, *Minoidi*, *Lampadi*, &c.

O.

1. In O communia sunt, ut: *Sermo*, *leo*, *Appellativum*, *amo*, *audio*, &c.

2. Dativi & Ablativi singulares in O, producuntur, ut: *Domino*, *servo*, *lupo*, &c.

3. Græca in O, qvorum genitivus in US desinit, producuntur, ut: *Dido, Sappho, Argo, Clio, Clotho, &c.*

4. Gerundia in DO sunt communia, ut: *Amando, docendo, cunctando, &c.*

5. Adverbia in O, orta à nominibus producuntur, ut: *Tutò, subitò, meritò, multò, tantò, quantò, adeò, ideò, ultrò, ergò*, pro *causa verò, &c.*

6. Brevia sunt: *Modò, dummodo, postmodò, quomodò, profectò, citò, illicò, imò, ergò, cedò pro dic* aut *porrige.*

7. Ancipitia sunt: *Omninò, serò, & quando.*

8. Nomina propria in O, ex Græcis, in ω, desinentibus, facta, sæpius corripiuntur, ut: *Agamemnon, Cicero, Plato, Leo, &c.*

9. Corripiuntur: *Duo, ambo, octo.*

U.

Omnia in U producuntur, ut: *Cornu, fructu, Jesu, &c.* Excipe: *Nenu, pro non*, correptum à Lucretio.

Y.

In Y desinentia, corripiuntur, ut: *Moly, ô Thety.*

C.

1. In C, sequente vocali, longa sunt, ut: *Sic, dic, duc, huc, illuc, hac, illac, istac.*

2. Indifferentia sunt, *Lac, fac, & hic, pronomen: Hic* enim, *adverbium*, producitur.

3. Corripiuntur *nec & donec, Vide, Monosyllaba.*

B. D. T.

B. D. T.

1. B. D. T. in fine vocis seqvente vocali corripiuntur, ut: *Ab, sub, aliquid, uliud, apud, legit, dicit, &c.*

2. Peregrina propria in *b. d. t.* producuntur, ut: *Job, David, Bogud, Lot, &c.*

L.

1. In L. corripiuntur, ut: *Mel, fel, nihil, consul, præsul, Annibal, Asdrubal, Hiemsal, &c.*

2. Producuntur: *Sol, sal, nil*, de qvibus in Monosyllabis.

M.

M. In fine vocis, seqvente vocali, eliditur, sed in compositione corripitur, ut: *Circumago, circumeo, &c.*

N.

1. In N brevia sunt, ut: *Flumen, Numen, tamen, forsan, forsitan, &c.*

2. Producuntur Nominativi Græci: *Titan, Pan, Paan, Hymen, Syren, Attagen, Trœzen, Salamin, Delphin, Pandion, Ixion, Actæon, Trachyn, Phorcyn.*

3. Accusativi Græci in *an, in & yn*, corripiuntur, ut: *Inachon, Thyrsin, Daphnin, Ithyn, &c.*

4. Accusativi Græci in *an & en*, à Nominativis in *as, es & e*, primæ declinationis, producuntur, *Æneam, Pythagoran, Laerten, &c.*

5. Producuntur: *Lien, splen, & cætera monosyllaba in N.*

R.

1. R. in fine corripitur, sequente vocali, ut: *Cæsar, carcer, honor, vir, martyr, hector, &c.*

2. Producuntur hæc Græca, *aër, æther, stater, crater, ter, character, &c. per η* Græcum scripta: præter *pater & mater*, quæ duo corripiuntur.

AS.

1. In AS Latina producuntur, ut: *Bonitas, majestas, audias, legas, foras, &c.*

2. Nominativi tertiæ Declinationis *in as*, quorum Genitivus desinit *in ados vel adis*, corripiuntur, ut: *Pallas, Arcas, Cyclas, Pleias, Ilias, Pythias, &c.*

3. Accusativi Græci tertiæ Declinationis in *as*, corripiuntur, ut: *Troadas, Arcadas, Rhetoras, Hectoras, &c.*

4. Græca in *as*, quorum Genitivus desinit in *antis*, producuntur, ut: *Pallas, pallantis, &c.*

5. Producuntur nomina primæ Declinationis in *as*, ut: *Æneas, Thomas, Elias, &c.*

ES.

1. In ES pleraque producuntur, ut: *Anchises, Dares, fides, merces, locuples, lebes, tapes, quinquies, decies, centies, &c.*

2. Brevia sunt, quæ penultimam Genitivi crescentis,

tis, in tertia declinatione, habent brevem, ut: *Miles*, *hospes*, *sospes*, *teges*, *dives*, *eques*. Excipe: *Aries*, *paries*, *abies*, *Ceres*, *pes cum compositis*: quæ longa sunt præter *præpes*, quod breve est.

3. Græca in ES, pluralia tertiæ declinationis, & singularia neutra brevia sunt, ut: *Troades*, *Arcades*, *Atlantides*, *Hippomanes*, *Cacoëthes*.

4. Verbum ES à *Sum*, cum compositis, corripitur, ut: *Abes*, *ades*, *potes*, &c. Cui adde & *penes*.

IS.

1. In IS, brevia sunt: *Piscis*, *legis*, *dicis*, *quis*, *is*, (pronomen) *cis* (*præpositio*) &c.

2. Dativi & Ablativi plurales in *is*, producuntur, ut: *Dominis*, *bonis*, *nobis*.

3. Nomina tertiæ declinationis, quæ *itis*, vel *iris* in Genitivo faciunt, producuntur, ut: *Lis*, *glis*, *Samnis*, *dis*, & *vis*, nomen.

4. Verba secundæ personæ præsentis, quartæ conjugationis, aut conjunctivi modi, producuntur, ut: *Audis*, *possis*, *velis*, *is* verbum, *cis* verbum *prosis*, *nolis*, *faxis* & *vis* verbum, cum compositis *quamvis*, *quivis*, *ubivis*.

5. Futurum conjunctivi in *is*, est anceps, ut: *Dixeris*, *dederis*, *miscueris*, *detorseris*, &c.

6. Adverbia, *foris* & *gratis*, producuntur.

OS.

1. In OS producuntur, ut: *Nepos*, *dominos*, &c.

Item: *glos* & cætera monosyllaba, præter *os ossis* quod est breve.

2. Brevia sunt: *Compos*, *impos*, *exos*.

3. Nominativi & Genitivi in *os* corripiuntur, ut: *Samos*, *Ios*, *Argos*, *Delos*, *Chaos*, *Melos*, *Tenedos*, *Synodos*, *Palladòs*, *Thetyos* &c. Excipiuntur hæc longa: *Athos*, *Androgeos*, *Minos*, *Heros*, &c.

US.

1. In US brevia sunt, ut: *Dominus*, *Servus*, *Manus*, &c.

2. Genitivi singulares & casus plurales quartæ declinationes in *us* producuntur, ut: *Domus*, *fructus*, &c.

3. Nominativi in *us*, quorum genitivi *u* retinent, longi sunt, ut: *Salus*, *tellus*, &c.

4. Græcia in *us* per υ, producuntur, ut: *Sapphus*, *Opus*, *Panthus*, &c. Excipe: *polypus*, quod corripitur.

YS.

In YS per ypsilon, corripiuntur, ut: *Chelys*, *Capys*, *Libys*, &c. Sed *Thetys* est anceps.

Cap. VI.

De Pedibus.

Pes est certa Syllabarum Constitutio.

Pedum alii constant ex duabus syllabis, alii ex tribus, alii ex quatuor.

Ex

Ex duabus quatuor:

Pyrrichius	*v v ut DEUS.*
Spondæus	*– – ut Vindex.*
Trochæus	*– v ut Omnis.*
Jambus	*v – ut Mali.*

Ex tribus octo.

Dactylus	*– v v ut Pectore.*
Anapæstus	*v v – ut Hilari.*
Molossus	*– – – ut Virtutes.*
Tribrachys	*v v v ut Colite.*
Amphibrachys	*v – v ut Relictus.*
	qui & Scolius.
Amphimacer	*– v – ut Castitas.*
	qui & Creticus.
Bacchius	*v – – ut Gubernans.*
Antibacchius	*– – v ut Audite.*

Ex quatuor sedecim:

Proceleusmaticus	*v v v v ut Hominibus.*
Dispondæus	*– – – – ut Inconstantes.*
Choriambus	*– v v – ut Historiæ.*
Antispastus	*v – – v ut Secundare.*
Dijambus	*v – v – ut Severitas.*
Ditrochæus	*– v – v ut Comprobare.*
Jonicus à majore	*– – v v ut Cantabimus.*
Jonicus à minore	*v v – – ut Generosi.*
Epitritus primus	*v – – – ut Salutantes.*
Epitritus secundus	*– v – – ut Concitati.*
Epitritus tertius	*– – v – ut Communicans.*

Epitritus quartus	---vut *Circumspexit.*
Pæon primus	-vvvut *Conficere.*
Pæon secundus	v-vvut *Resolvere.*
Pæon tertius	vv-vut *Manifestus.*
Pæon quartus	vvv-ut *Misericors.*

Cap. VII.

De usitatioribus Carminum generibus.

Usitatiora Carminum Genera apud Latinos sunt novem: *Hexametrum, Pentametrum, Adonicum, Anapæsticum, Sapphicum, Phalæcium, Jambicum, Choriambicum & Glyconicum.*

DE HEXAMETRO.

Carmen Hexametrum sive Heroicum est, quod constat sex regionibus seu locis. In primis quatuor locis utrumvis pedem, Dactylum vel Spondæum, recipit: Quinto Dactylum tantum: Sexto Spondæum vel Trochæum. *Nam ultima cujusquè versus vel longa est vel brevis.*

Forma versus Hexametri hæc est:

1.	2.	3.	4.	5.	6.
--	--	--	--	-vv	--
-vv	-vv	-vv	-vv		-v
1.	2.	3.	4.	5.	6.
Quadrupe	*dante pu*	*trem soni*	*tu quatit*	*ungula*	*campum.*
Illi in	*ter se*	*se ma*	*gna vi*	*brachia*	*tollunt.*

Spon-

Spondæus interdum in quinta regione pro Dactylo ponitur, ut: *Auratumque auro circumspicit Oriona*, qui versus Spondaicus appellatur.

Observandum est, syllabam interdum in fine Hexametri superesse, quam proximus versus excipit: Id genus versuum Hypermetros vocant, ut:

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Aut foliis undam tepidi despumat aheni.

DE PENTAMETRO.

Carmen Pentametrum est, quod habet quinque regiones: in primâ & secundâ recipit Dactylum vel Spondæum; deinde syllabam longam: in tertiâ & quartâ Dactylum tantum; postremo syllabam longam vel brevem;

Forma Pentametri hæc est:

1.	2.	3.	4.	5.
--	--			-
-vv	-vv	-vv	-vv	v
Fide De	*o & cu*	*ris cætera*	*liber a*	*ge.*

Pentametrum Hexametro junctum constituit Carmen, quod Elegiacum dicitur, ut:

Nescio quâ natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

DE ADONICO.

Carmen, Adonicum est, quod constat duabus regionibus, quarum prior habet Dactylum, posterior Spondæum, ut:

Forma est hæc:

1.	2.
-vv	--
	-v

Sis mihi præsens
Rebus in arctis,
Christe Redemptor.

DE ANAPÆSTICO.

Carmen Anapæsticum est, quod primis duabus regionibus admittit Anapæstum vel Spondæum, tertio loco tantùm Anapæstum cum syllabâ, residuâ.

Forma hæc est:

1.	2.	3.	4.
--	⏑⏑-	⏑⏑-	-
⏑⏑-	--	⏑⏑-	⏑
Jam mœ	*sta quie*	*sce quere*	*la.*
Lachrimas	*suspen*	*dite ma*	*tres.*

DE SAPPHICO.

Carmen Sapphicum est, quod constat quinque regionibus, quarum prima recipit Trochæum, secunda Spondæum, tertia Dactylum, quarta & quinta rursus Trochæum.

Forma Carminis Sapphici *hæc est:*

1.	2.	3.	4	5.
-⏑	--	-⏑⏑	-⏑	-⏑
Inte	*ger vi*	*tæ scele*	*risque*	*purus.*

NOTA.

Catullus etiam in secunda regione Trochæum posuit, ut: *Pauca nunciate mea puellæ.*

Tertio cuique versui solet Adonicus subjici, ut:

Lauream quisquis mediocritatem.

Dili-

Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidenda
Sobrius aula.

DE PHALOECIO.

Carmen Phalœcium seu Hendecasyllabum est, quod quinque regiones tenet; quarum prima recipit Spondæum, secunda Dactylum, reliquæ tres habent Trochæum.

Ejus forma hæc est.

1.	2.	3.	4.	5.
--	-vv	-v	-v	-v
Audit	*cuncta De*	*us vi*	*detque*	*justus.*

NOTA.

In prima regione etiam *Trochæus* aut *Jambus* locum habere potest, ut:

Arida modò pumice expolitum. Catull.
Meas esse aliquid putare nugas. Idem.

DE JAMBICO.

Carmen Jambicum est, quod locis *imparibus* Jambum vel Spondæum, rarius Dactylum, Anapæstum vel Trybrachyn: *paribus* autem solum Jambum recipit.

Ejus tres sunt species: Quaternarium, Senarium, & Octonarium.

Quaternarium & Dimetrum constat quatuor pedibus vel regionibus, ut: *O lux beata Trinitas, &c.*

Senarium vel Trimetrum, sex, ut:

Fortuna multis parcere in pœnam solet.

Octonarium vel Tetramentrum, octo, ut:

Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum.
Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

NOTA

NOTA.

21. Optimum habetur Jambicum, quod ex puris Jambis constat: proximum, quod paribus in locis Jambum habet.

2. Jambicus Senarius interdum in fine admittit *Spondæum* vel *Trochæum*, & tum in quinta regione necessario requirit Jambum; cujusmodi versus *Scazon* appellatur, vel *Choliambus*, id est, claudicans, ut:

Quod si dolosi spes refulserit nummi.

DE CHORIAMBICO.

Carmen Choriambicum, vel Asclepiadeum est, quod quatuor regionibus constat, quarum prima recipit *Spondæum*, secunda & tertia *Choriambum*, quarta *Jambum* vel *Pyrrichium*.

Ejus forma est:

1.	2.	3.	4.
--	-vv-	-vv-	vv-
			v-
Crescen	*tem sequitur*	*cura pecu*	*niam.*

DE GLYCONICO.

Carmen Glyconicum est, quod constat tribus pedibus, Spondæo, Choriambo, & Jambo vel Pyrrychio.

Ejus forma est:

1.	2.	3.
--	-vv-	vv
		v-
Magnas	*inter opes*	*inops.*

CAP.

Cap. IIX.

De Cæsuris.

Cæsura est, cùm pes ab ultima syllaba inchoatur, ut:

Sylvestrem tenui Musam meditaris avena,
Ille latus niveum molli fultus hy cintho.

Duæ potissimum Cæsuræ sunt observandæ: *Penthemimeris*, & *Heptemimeris*. Neque enim elegans versus habetur, qui non alteram aut utramque Cæsuram habeat; ut hiversus Horatii:

Et post punica bella quietus quærere.
Pleraque differat, & præsens id tempus omittat.

Penthemimeris seu semiquinaria est, cùm post duos primos pedes syllaba remanet, dictionem finiens, ac veluti incidens. Dicta est semiqvinaria, quod quinque semipedes, h. e. duos pedes cum dimidio contineat, ut:

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Heptemimeris seu semiseptenaria est, cùm post tres primos pedes syllaba relinquitur, dictionem terminans atque à sequentibus nonnihil recidens. Dicta est Semiseptenaria, quod septem semipedibus constet, ut:

Insignem pietate virum tot adire labores.

NOTA.

Tanti cæsuram fecêre Poëtæ, præsertim pedis tertii, ut ejus gratia brevem produxerint, ut:

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori,
Te canit agricola magna cùm veneris urbe.

Cap. IX.

De figuris Poëticis.

Observentur quoque quædam figuræ, quarum usus præcipuus est apud Poëtas, de quibus sunt vulgati versus:

Pro-

Prosthesis *apponit capiti*, *quod* Aphæresis *aufert.*
Prosthesis ut: *Gnatus* pro *Natus*. *Tetuli* pro Tuli.
Aphæresis ut: *Temno* pro *Contemno.*

Syncopa *de medio tollit*, *quod* Epenthesis *auget.*
Syncopa, ut: *Dixti* pro *Dixisti*. *Vixet* pro *vixisset.*
Epenthesis, ut: *Navita* pro *Nauta.*

Aufert Apocope *finem*, *quem dat* Paragoge.
Apocope, ut: *Victu* pro *Victui*. *Tún* pro *Tune*.
Paragoge, ut: *Dicier* pro *Dici.*

Systole *productam breviato*, Diastole *contra.*
Systole, ut: *Stéterunt* pro *steterunt.*
Diastole, ut: cum *Di* in *Diana* producitur.

Antistœchon *erit*, *si dixeris Impete & Olli.*
Antistœchon vel Antithesis, ut: *Olli* pro *illi*. *Impete* pro *Impetu*, *Upilio* pro *Opilio*. *Optumus* pro *Optimus.*

Litera si legitur transposita Methathesis *extat.*
Metathesis, ut: *Teucre* pro *Teucer*, *Pistris* pro *Pristis*, *Tymbre* pro *Tymber.*

Compositæ vocis dissectio Tmesis *habetur.*
Tmesis, ut: *Quo res cunque loco*, pro *quocunque loco res.*

Separat in binas aliquando Diæresis *unam.*
Diæresis, ut: *Persoluëre* pro *persolvere.*

Sed binas quandoque Synæresis *arcet in unam.*
Synæresis, ut: *Dîei*, *Alvcária*, *Déero.*

Italiam contra cum dicis Anastrophe *habetur.*
Anastrophe, ut: *Spemque metumque inter* pro *inter spem*. *Quem penes arbitrium est*, pro *penes quem.*

M necat Eclipsis, *vocalem aufert* Synalœpha.
Eclipsis, ut: *Orandu' est*, pro *Orandum.*
Synalœpha, ut: *Carthag*, *Italiam contra*, pro *Carthago.*

NOTA.

NOTA.

Est & ubi vocalis longa aut Diphthongus sequente vocali non eliditur, sed corripitur, more Græcorum, ut:

Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.
Insula Ionio in magno.
Et longum formosa, vale, vale, inquit, Iola.
Stant & Juniperi & castaneæ hirsutæ.

DIFFERENTIÆ QUORUNDAM VOCABULORUM AD JUAANDAM MEMORIAM VERSIBUS COMPREHENSÆ.

CAntat *acanthis* avis, sed crescit *acanthus* in agris.
Conjugia *affines* faciunt, *confinia* campi.
Consumunt *ventres*, *uterus* parit, egerit *alvus*.
Improba cantat *anus*, sed ventrem dejicit *anus*.
Est *acer* in sylvis, equus *acer* Olympia vincit.
Armus brutorum est, *humerus* ratione fruentum.
Turbat *asilus* equos: miseros suscepit *asylum*.
Dum finit hora *canes*, effœto tempore *canes*.
Grandævique *canis* candescunt tergora *canis*.
Nocte canit *capo*, vinum vult vendere *caupo*.
Hæc cassis galea est: *hi casses* retia signant.
Cedo facit cessi, cecidi *cado*, *cædo* cecidi.
Clava ferit, *clavus* firmat, *clavisque* recludit.
Fert ancilla *colum*, penetrat res humida *colum*.
Esuriens *comedit*, sed *commessatur* asotus.
Comœdi scenam, *comedones* quærite cœnam.
Vir *comis* multos *comites* sibi jungit amicos.
Congeries lapidum: tibi sit *glomeratio* fili.
Lignorum proprie dicitur esse *strues*.
Consortes fortuna eadem; *socios* labor idem;
Unum *collegas* efficit officium.

Con-

Consulo te doctum, *tibi consulo*, dum tua curo,
Flat *Corus*, saltatque *Chorus*, vel carmina cantat.
Sanguis inest venis, *cruor* est de corpore fusus,
Sunt *ceto* pisces, populi collectio *cœtus*.
Oblitus *decoris* violat præscripta *decoris*
Deleo scripturam, cum flamma *extinguo* lucernam,
Vin, tibi *dicamus*, cui carmina nostra *dicamus*.
Edicunt Reges, *indicit* festa sacerdos.
Forfex est panni, *ceps* ferri, *pexque* pilorum.
Fornix est arcus, sed *fornax* saxa perurit.
Pistor habet *furnum*, *fornace* hypocausta calescunt.
Robustum *fugio*, fugientem sæpe *fugavi*.
Qui *fugit* aversus, solet hoste sequente *fugari*.
Gibbus terga premit, cervicem *struma* molestat.
Vir *generat*, mulierque *parit*, sed *gignit* uterque.

Custat lingua cibum, qui benè cunque *sapit*.
Lacteo lac fugo, *lacto* lac præbeo natis.
Infans dum *lactet*, nutrix hunc sedula *lactat*.
In sylvis *lepores*, in verbis quære *lepores*.
Levis adhuc puer est, *levis* autem sermo puellæ.
Cum *liqueo*, *liquidum* breve; *liquor*, *liquida* longa.

Ad flumen *ripas*, ad mare *littus* habes.
Tango *lyram* digitis: *lyram* fac arator in agris.
Sulcus agri *lira* est: dat *lyra* tacta sonum.

Deceptura viros pingit *mala* fœmina *malas*.
Malo tamen pulchrum *malo* decerpere malum.
Mala mali malo meruit *mala* maxima mundo.
Merx venit nummis, operantibus est data *merces*.
Mori morantur, quocunque sub axe *morantur*.
Mulcet equos famulus, sed vaccas rustica *mulget*.
Vir *Nothus* est spurius: *Notus* Auster: *Notus* amicus.
Noxam dic pœnam culpæ, sit *noxia* culpa.
Oblitus est vino, sed non *oblitus* amoris.
Operior tardos, pannis *operitur* egenus.

Os

Os oris loquitur, sed *os ossis* roditur ore.
Devorat *os oris*, quicquid lucratur *os ossis*.
Et *parere* uxorem decet & *parere* marito.
Præbitor est *Parochus*, vicinum dico *parœcum*.
Pendere vult justus, sed non *pendere* malignus.
Pro reti & regione *plaga* est, pro verbere *plaga*.
Populus in sylvis, *populus* reperitur in urbe.
Quis subit in pœnam capitalis supplicii? *Vas*.
Quis cùm lis fuerit nummaria, quis dabitur? *Pras*.
In *pretio* est dives, desunt sua *præmia* doctis.
Dat *propago* merum, surgit de patre *propago*.
Pluribus ille *refert*, quæ non cognoscere *refert*.
Corpore *robustum*, sed dices pectore *fortem*.
Scintilla est silicis cæsi, caret igne *favilla*.
Ne sit *securus*, qui non est *tutus* ab hoste.
Sunt ætate *senes*, *veteres* dixere priores.
Quæ non sunt *simulo*, quæ sunt ea *dissimulantur*.
Pars gremii *sinus* est, *sinus* vas lactis habetur.
Hastam dic *teretem*, malum dic esse *rotundum*.
Torris adhuc ardens, extinctus *titio* fiet.
Tribula grana ferit, *tribuli* nascuntur in agris.
Vallamus propriè castrum, *sepimus* ovile.

PARTES ANNI.

Annus habet *Menses duodecim*. *Septimanas 52. & diem unum*.
Dies 365. & sex horas.

Coquo.	*Incoquo.*	Linquo.
Concoquo.	*Percoquo.*	*Delinquo.*
Decoquo.	*Præcoquo.*	*Derelinquo.*
Excoquo.	*Recoquo.*	*Relinquo.*

Dic Verba in RO.

Curro.	*Effero.*	Quæro.
Accurro.	*Infero.*	*Acquiro.*
Concurro.	*Offero.*	*Conquiro.*
Discurro.	*Perfero.*	*Disquiro.*
Incurro.	*Præfero.*	*Exquiro.*
Occurro.	*Profero.*	*Inquiro.*
Procurro.	*Refero.*	*Perquiro.*
Recurro.	*Suffero.*	*Requiro.*
Succurro.	*Superfero.*	Sero, ſevi.
Transcurro.	*Transfero.*	*Aſſero. Conſero.*
Decurro.	Furo.	*Differo. Inſero.*
Excurro.	Gero.	*Interſero. Obſero.*
Procurro.	*Aggero.*	*Perſero. Reſero.*
Præcurro.	*Congero.*	*Subſero. Tranſero.*
Fero.	*Digero.*	Sero, ſerui.
Affero.	*Egero.*	*Aſſero. Conſero.*
Aufero.	*Ingero.*	*Deſero. Diſſero.*
Antefero.	*Intergero.*	*Exſero. Inſero.*
Circumfero.	*Pregero.*	*Interſero.*
Confero.	*Progero.*	Tero.
Defero.	*Regero.*	*Attero.*
Differo.	*Suggero.*	*Contero.*

Detero.	Verro.	*Comburo.*
Distero.	*Converro.*	*Deuro.*
Extero.	*Deverro.*	*Exuro.*
Intero.	*Everro.*	*Reuro.*
Obtero.	Uro.	*Oburo.*
Pertereo.	*Aduro.*	*Præuro.*
Protereo.	*Amburo.*	*Suburo.*
Subtereo.		

Dic Verba in SO.

Accerso.	*Facesso.*	Pinso.
Arcesso.	*Incesso.*	Viso.
Capesso.	*Lacesso.*	*Reviso.*
Depso.		

Dic Verba in TO.

Flecto.	*Pratermitto.*	*Appeto.*
Circumflecto.	*Promitto.*	*Competo.*
Deflecto.	*Appromitto.*	*Expeto.*
Inflecto.	*Expromitto.*	*Oppeto.*
Meto.	*Repromitto.*	*Repeto.*
Demeto.	*Remitto.*	*Suppeto.*
Emeto.	*Submitto.*	Plecto.
Præmeto.	*Transmitto.*	Sterto.
Mitto.	Necto.	*Desterto.*
Amitto.	*Annecto.*	Sisto. Activ.
Committo.	*Connecto.*	*Consisto.*
Emitto.	*Internecto.*	*Desisto.*
Immitto.	*Pronecto.*	*Resisto.*
Intromitto.	*Subnecto.*	*Assisto.*
Manumitto.	Pecto.	*Insisto.*
Omitto.	*Depecto.*	*Intersisto.*
Permitto.	*Repecto.*	*Obsisto.*
Præmitto.	Peto.	*Præsisto.*

Sub-

Subsisto.	*Anteverto.*	*Interverto.*
Absisto.	*Averto.*	*Obverto.*
Exisio.	*Converto.*	*Perverto.*
Verto.	*Diverto.*	*Præverto.*
Adverto.	*Everto.*	*Reverto.*
Animadverto.	*Inverto.*	*Subverto.*

Dic Verba in VO & XO.

Calvo.	*Advolvo.*	Texo.
Solvo.	*Circumvolvo.*	*Attexo.*
Absolvo.	*Convolvo.*	*Contexo.*
Dissolvo.	*Devolvo.*	*Detexo.*
Exsolvo.	*Evolvo.*	*Extexo.*
Persolvo.	*Involvo.*	*Intexo.*
Resolvo.	*Obvolvo.*	*Intertexo.*
Vivo.	*Pervolvo.*	*Obtexo.*
Convivo.	*Revolvo.*	*Pertexo.*
Pervivo.	*Subvolvo.*	*Prætexo.*
Supervivo.	*Supervolvo.*	*Retexo.*
Volvo.	Nexo.	*Subtexo.*

Dic Verba in CIO.

Facio.	*Benefacio.*	*Injicio.*
Afficio.	*Calefacio.*	*Interjicio.*
Conficio.	*Frigefacio.*	*Objicio.*
Deficio.	*Malefacio.*	*Projicio.*
Efficio.	*Madefacio.*	*Rejicio.*
Inficio.	*Olfacio.*	*Subjicio.*
Interficio.	*Quatefacio.*	*Trajicio.*
Officio.	*Tepefacio.*	Allicio.
Perficio.	Jacio.	*Illicio.*
Præficio.	*Abjicio.*	*Pellicio.*
Proficio.	*Conjicio.*	*Elicio.*
Reficio.	*Dejicio.*	Aspicio.
Sufficio.	*Disjicio, Ejicio.*	*Circumspicio.*

Despi-

Despicio.	*Introspicio.*	*Respicio.*
Dispicio.	*Perspicio.*	*Suspicio.*
Inspicio.	*Prospicio.*	*Transpicio.*

Dic Verba in DIO & GIO.

Fodio.	*Refodio.*	*Diffugio.*
Circumfodio.	*Suffodio.*	*Effugio.*
Confodio.	*Transfodio.*	*Perfugio.*
Effodio.	Fugio.	*Profugio.*
Infodio.	*Aufugio.*	*Suffugio.*
Perfodio.	*Defugio.*	*Transfugio.*

Dic Verba in PIO.

Capio.	*Recipio.*	*Corripio.*
Accipio.	*Suscipio.*	*Diripio.*
Concipio.	Cœpio.	*Eripio.*
Decipio.	Cupio.	*Præripio.*
Excipio.	*Discupio.*	*Prorripio.*
Incipio.	*Percupio.*	*Surripio.*
Intercipio.	Rapio.	Sapio.
Occipio.	*Abripio.*	*Desipio.*
Percipio.	*Arripio.*	*Resipio.*
Præcipio.		

Dic Verba in RIO & TIO.

Pario.	*Discutio.*	*Percutio.*
Quatio.	*Excutio.*	*Repercutio.*
Concutio.	*Incutio.*	*Succutio.*
Decutio.		

Dic Verba in UO Dissyllabum.

Acuo.	Arguo.	Ingruo.
Exacuo.	*Coarguo.*	Imbuo.
Præacuo.	*Redarguo.*	Exuo.
Peracuo.	Congruo.	Induo.

Fluo.

Fluo.
Affluo.
Confluo.
Defluo.
Diffluo.
Effluo.
Influo.
Subinfluo.
Superinfluo.
Præfluo.
Præterfluo.
Profluo.
Refluo.
Superfluo.
Subterfluo.
Transfluo.
Luo.
Abluo.
Alluo.
Colluo.
Diluo.
Eluo.
Perluo.
Polluo.
Proluo.
Reluo.
Subluo.
Metuo.
Minuo.
Comminuo.
Diminuo.
Imminuo.
Perminuo.

Nuo.
Abnuo.
Annuo.
Innuo.
Renuo.
Pluo.
Compluo.
Depluo.
Impluo.
Perpluo.
Ruo.
Corruo.
Diruo.
Eruo.
Irruo.
Obruo.
Superobruo.
Proruo.
Subruo.
Statuo.
Constituo.
Destituo.
Instituo.
Præstituo.
Prostituo.
Restituo.
Substituo.
Sternuo.
Suo.
Assuo.
Circumsuo.
Dissuo.
Insuo.

Obsuo.
Præsuo.
Resuo.
Subsuo.
Transuo.
Spuo.
Conspuo.
Despuo.
Exspuo.
Inspuo.
Respuo.
Struo.
Astruo.
Construo.
Destruo.
Distruo.
Extruo.
Instruo.
Interstruo.
Obstruo.
Præstruo.
Substruo.
Superstruo.
Tribuo.
Attribuo.
Contribuo.
Distribuo.
Retribuo.
Batuo.
Cluo.
Delibuo.
Fuo.

Dic

Dic Deponentia Tertiæ Conjugationis in COR.

Adipiscor.	Nanciscor.	Obliviscor.
Apiscor. Indipiscor.	Nascor.	Paciscor.
Redipiscor.	*Agnascor.*	*Depaciscor.*
Comminiscor.	*Denascor.*	Pascor.
Defetiscor.	*Enascor.*	*Depascor.*
Expergiscor.	*Innascor.*	Proficiscor.
Irascor.	*Renascor.*	Reminiscor.
Labor.	*Subnascor.*	Vescor. Ulciscor.

Dic Deponentia in GOR. HOR. QUOR.

Fungor.	*Colloquor.*	*Assequor.*
Defungor.	*Eloquor.*	*Consequor.*
Invehor.	*Interloquor.*	*Insequor.*
Liquor.	*Obloquor.*	*Obsequor*
Loquor.	Ringor.	*Susequor.*
Alloquor.	Sequor.	

Dic Deponentia in FOR. TOR. VOR.

Queror.	*Innitor.*	Divertor.
Conqueror.	*Obnitor.*	*Prævertor.*
Nitor.	*Subnitor.*	*Revertor.*
Annitor.	Amplector.	Utor.
Connitor.	*Circumplector.*	*Abutor.*
Enitor.	*Complector.*	*Calvor.*

Dic Deponentia in OR purum.

Gradior.	*Progredior.*	*Emorior.*
Aggredior.	Fruor.	*Immorior.*
Congredior.	*Perfruor.*	*Præmorior.*
Digredior.	Morior.	*Patior.*
Egredior.	*Commorior.*	*Repetior.*
Ingredior.	*Demorior.*	

CAP.

Cap. XXII.

De CONJUGATIONE QVARTA.

Quomodo quartæ Conjugationis Verba, quæ sequuntur, habent in Præterito & Supino.

Amicio.	Ferio.	*Absilio.*
Cambio.	Fulcio.	*Prosilio.*
Eo.	*Confulcio.*	Sancio.
Abeo.	*Effulcio.*	Sarcio.
Adeo.	*Infulcio.*	*Resarcio.*
Exeo.	*Præfulcio.*	Sentio.
Ineo.	*Suffulcio.*	Sepio.
Obeo.	Haurio.	Sepelio.
Pereo.	*Exhaurio.*	Singultio.
Redeo.	Aperio.	Venio.
Subeo.	*Operio.*	*Advenio.*
Ambio.	*Comperio.*	*Convenio.*
Queo.	*Reperio.*	*Invenio.*
Nequeo.	Salio.	*Pervenio.*
Farcio.	*Desilio.*	*Prævenio.*
Confercio.	*Dissilio.*	*Subvenio.*
Differcio.	*Exsilito.*	*Circumvenio.*
Effercio.	*Insilito.*	Veneo.
Infercio.	*Resilio.*	Vincio.
Refercio.	*Subsilio.*	*Devincio.*
Suffercio.	*Transilio.*	*Revincio.*

Dic Deponentia Quartæ Conjugationis.

Assentior.	Molior.	Opperior.
Blandior.	Ordior.	Partior.
Comperior.	*Exordior.*	*Dispertior.*
Experior.	Orior.	*Impertior.*
Largior.	*Adorior.*	Potior.
Mentior.	*Exorior.*	Sortior.
Metior.		

CAP.

Cap. XXIV.

De Verbis Irregularibus.

Verba Irregularia quotuplicia?
Verba Anomala quæ sunt?
Quid singulis observandum?
Quæ dicuntur Neutro-passiva?
Quæ in eadem significatione, Activa vel Neutrali, admittunt utramque formam in O & OR?
Verba Defectiva quæ sunt?
Quomodo singula conjugantur?
Verba Heteroclita quæ sunt?
Quæ Verba in Or Activè & Passivè significant?
Quæ Verba in O modò Activè, modò Neutraliter significant?
Quæ Verba sub una & eadem terminatione simul primæ & tertiæ Conjugationis sunt, sed in diversa significatione?
Quæ Verba diversa idem faciunt Præteritum?
Quæ Verba diversa idem faciunt Supinum?

Cap. XXV.

De Impersonalibus.

Quid est Verbum Impersonale?
Impersonale quotuplex?
Activæ vocis Impersonalia quæ sunt?
Quotuplicia sunt?

Quæ

Quæ Verba sunt Impersonalibus similia?
Passivæ vocis Impersonalia quæ sunt?
Quæ Impersonalia variant Præterita?
Quid de Impersonalibus observandum.

Cap. XXVI.

De *Participio*.

Quid est participium?
Participio quot accidunt?
Tempora Participiorum quot sunt?
Unde formatur { Præsens? / Præteritum? / Futurum in RUS? / Futurum in DUS?
Significatio Participiorum unde cognoscitur?
Quot Participia veniunt ab { Activo? / Neutro? / Passivo? / Deponentibus?
A Neutro-Passivis qvot veniunt Participia?
Audeo quot habet participia?
Quæ neutra habent Participia passiva Præteriti temporis, quæ tamen Neutralem significationem retinent?
Quæ Neutra Activæ significationis habent Participia passiva in TUS & DUS?
Quæ Neutra habent etiam Futurum in DUS?

Quæ Participia præteriti temporis à Deponentibus orta, præter activam significationem etiam passivam admittunt?
Quæ Nomina Participiis sunt similia?
Quæ Participia sunt Anomala?
Quot modis degenerant Participia in Nomina?
Accidit ne etiam Participiis comparatio?
Gerundium quid est?
Gerundium quomòdo declinatur?
Supinum quotuplex?

Cap. XXVII.

De Partibus indeclinabilibus.

Quid de partibus indeclinabilibus observandum in genere?
Quas significationes habent Particula Ita & Sic?
Quas Adverbium Ut?
Quas Conjunctio Ut?
Quas Particula, Usque?
Quas Particula Quam?
Quas Particulare Quare & Quamobrem?
Quas Particula Seu & Sive?
Quas Particula Sed?
Quas Particula Tam?
Quas Particula Tum?

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0342
DFG

Cap. XXIIX.

De Adverbio.

Quid eſt Adverbium?
Adverbio quot accidunt?
Quot ſunt Species Adverbiorum?
Quot ſunt Figuræ Adverbiorum?
Significatio Adverbiorum quotuplex?
Quotuplicia ſunt Adverbia Loci?

Quæ ſignificant
- In Loco.
- De Loco.
- Per Locum.
- Ad Locum.
- Verſus Locum.
- In Loco & De Loco.
- In Loco & Ad Locum.
- In Loco, De Loco, & ad Locum.

Quæ Adverbia Loci interdum tempus ſignificant?
Quotuplicia ſunt Adverbia Temporis?
Adverbia temporis Definiti quotuplicia?

Quot ſunt Adverbia temporis
- Præſentis.
- Præteriti.
- Futuri.

Quæ ſunt Adverbia Temporis Indefiniti?
Quid Notandum de Adverbiis, *Olim*, *Aliquando*, *Quondam*, *usque*.

Quæ sunt Adverbia
- Numeri?
- Affirmandi?
- Negandi?
- Demonstrandi?
- Declarandi?
- Optandi?
- Hortandi?
- Ordinis?
- Interrogandi?
- Similitudinis?
- Qualitatis?
- Quantitatis?
- Intendendi?
- Remittendi?
- Dubitandi?
- Minuendi?
- Comparandi?
- Separandi?
- Congregandi?
- Jurandi?
- Corrigendi?
- Prohibendi?
- Excludendi?
- Restringendi?
- Eventus?

Quæ Adverbia comparantur?

Cap. XXIX.

De Conjunctione.

Quid est Conjunctio?
Conjunctioni quot accidunt?
Figure Conjunctionum quot sunt?
Potestas seu significatio Conjunct. quotuplex?
Quæ sunt Conjunctiones { Copulativæ? / Disjunctivæ? / Conditionales? / Exceptivæ? / Concessivæ? / Adversativæ? / Causales? / Conclusivæ? / Explanativæ? / Electivæ? / Continuativæ? / Completivæ? }
Ordo Conjunctionum quotuplex?
Quæ sunt Conjunctiones { Præpositivæ? / Postpositivæ? / Indifferentes? }

Cap. XXX.

De Præpositione.

Quid est Præpositio?
Quot Præpositiones serviunt { Accusativo? / Ablativo? / Utrique? }
Quæ sunt Præpositiones Inseparabiles?

Cap. XXXI.

De Interjectione.

Quæ sunt Interjectiones.

- Admirantis?
- Comminantis?
- Detestantis?
- Dolentis?
- Gaudentis?
- Hortantis?
- Indignantis?
- Irridentis?
- Metuentis?
- Ridentis?
- Silentium præcipientis?
- Blandientis?
- Lachrymantis?
- Vocantis?
- Revocantis?
- Respondentis?
- Exclamantis?

LIBER III.

DE SYNTAXI.

Quid est Syntaxis?
Quotuplex est Syntaxis?
Quæ dicitur Regularis?
Quæ Figurata?

DE

DE CONSTRUCTIONE REGULARI.

Cap. I.

De Syntaxi Nominis Substantivi.

Quot traduntur Regulæ de Syntaxi Nominis Substantivi?

Quæ Prima? *Duorum vel plurimum Substantivorum.*

Quæ Secunda? *Duorum Substantivorum quæ res.*

Quæ Observationes hic adduntur?

1. Eadem Ratio & Pronominum.
2. Adjectiva Neutro.

Quæ Tertia? *Nomen Substantivum.*

Cap. II.

De Constructione Nominis Adjectivi.

Quæ traditur Regula de constructione Nominis Adjectivi in eodem casu? *Adjectivum & Substantivum, &c.*

Quæ additur observatio? *Quando duo adjectiva.*

Quæ traduntur Regulæ de Constructione Nominis Adjectivi cum Substantivo Genitivi casus?

Quæ est Prima? *Adjectiva quæ curam.*

Quæ est Secunda? *Verbalia in AX, &c.*

Quæ est Tertia? *Comparativi & Superlativi.*

Quæ additur observatio de Superlativo? *Superlativus hic plerumque.*

Quæ est Quarta? *Superlativi regunt.*

Quæ significant Partitionem?

Quid est Nomen collectivum?

Quæ traditur Regula de Constructione Adjectivi cum Dativo? *Dativos adsciscunt.*

Quæ adduntur hic exceptiones?

3. *Similis, Dissimilis, &c.*
4. *Communis, &c.*
5. *Utilis & Inutilis, &c.*

Quæ traduntur Regulæ de Constructione Adjectivi cum Ablativo?

Quæ est { Prima? *Adject. interdum quoque Substantiv.*
Secunda? *Comparativi adsciscunt.*
Tertia? *Comparativis etiam alius.*
Quarta? *Dignus & Indignus.*
Quinta? *Adjectiva quæ ordinem.*

Cap. III.

De Adjectivis, quæ non uno Casu cum Nomine construuntur.

Quæ traduntur Regulæ de Adjectivis, quæ non uno saltem casu cum Nomine construuntur?

Quæ Prima? *Adjectiva quæ copiam.*
Quæ hic notanda?

Quæ Secunda? *Longus, Latus, Altus.*

Quæ Tertia? *Opus* von nöhten.
Quid hic observandum?

Cap. IV.

De Constructione Pronominis.

De Constructione Pronominis quot traduntur Regulæ?

Prima?

Prima? *Relativum cum antecedente.*
Secunda? *Relativum Qui, Quæ, Quod.*
Tertia? *Relativum interdum refert.*
Quarta? *Interrogativum & Redditivum.*
Quinta? *Genitivi Pronominum primitivorum.*
Sexta? *Pronominibus possessivis.*
Quid hic notandum.

Cap. V.

De Constructione Verbi.

Quot traduntur Regulæ de Constructione Nominativi cum Verbo?
Quæ est Prima? *Nominativus præcedit.*
Quæ additur hic exceptio? *Est & cum Infinitivus.*
Quæ est Secunda? *Ultimur Verbis.*
Quæ est Tertia? *Tertia quoque Persona.*
Quæ est Quarta? *Verba Substantiva.*
Quæ est Quinta? *Etiam Passiva Verba Núncup.*
Quæ est Sexta? *Cætera quoque Verba.*
Quod traduntur Regulæ de Constructione Genitivi cum Verbo?
Quæ est Prima? *Verbum EST cùm possessionem.*
Quid hic observandum?
Quæ est Secunda? *Verbis æstimandi.*
Quid hic notandum?
Quot traduntur Regulæ de Dativo cum Verbo?
Quæ est Prima? *Quotlibet verbum.*
Quæ additur hic exceptio?

Quæ est Secunda? *Composita cum his Præposit:*
Quæ est Tertia? *Sunt & quibus.*
Quæ est Quarta? *Quædam Verba pro Dativo.*
Quæ est Quinta? *Est pro habeo.*
Quæ est Sexta? *Quibusdam Verbis Sum, Duco, &c. gemini Dativi.*
Quot traduntur Regulæ de Accusativo cum Verbo?
Quæ est { Prima? *Activa Verba & quæcunque.*
Secunda? *Adsciscunt & Neutra:*
Tertia? *Certa quædam Activa sunt.*
Quid hic observandum?
Quæ traditur Regula de Vocativo cum Verbo?
Vocativi Verbis secundæ?
Quot traduntur Regulæ de Constructione Ablativi cum Verbo?
Quæ est Prima? *Ablativo casu efferuntur.*
Quid hic observandum?
Quæ est Secunda? *Passivorum proprius casus.*
Quid hic notandum.
Quæ est Tertia? *Ad quæstionem Quanti.*
Quæ hic additur exceptio?
Quæ est Quarta? *Quæ prohibendi significationem.*
Quæ est Quinta? *Ad Quæstionem quando vel quanto tempore.*
Quæ est Sexta? *Ablativos adsciscunt & hæc Deponentia.*
Quid hic notandum?

CAP.

Cap. VI.

De Verbis, quæ non uno cum Casu construuntur.

Quod traduntur Regulæ de Verbis, quæ non uno cum casu constructuntur?
Quæ est Prima? *Verba memoriæ & oblivionis.*
Quæ est Secunda? *Recipiunt & Genitivos vel Ablativos.*
Quid observandum de verbis *Misereor & Miseror?*
Quæ est Tertia? *Verbum SUM adsciscit.*
Quæ est Quarta? *Accusandi Verba, damnandi.*
Quæ est Quinta? *Verba quæ Copiam vel inopiam.*
Quæ est Sexta? *Ad quæstionem quamdiu.*
Quæ est Septima? *Ad quæstionem Quàm longè.*
Quæ est Octavo? *Quædam verba adsciscunt.*

Cap. VII.

De Constructione Verborum cum Nominibus Locorum.

Quæ traduntur Regulæ de Constructione Verborum cum Nominibus Locorum?
Quæ est Prima? *Nominibus Regionum, populorum.*
Quæ est Secunda? *Urbium Nomina fere sine, &c.*
Quid hic observandum? *Interdum etiam.*
Quæ est Tertia? *Ad locum significantia.*
Quæ est Quarta? *De Loco & per Locum.*
Quid hic observandum?

Quæ

Quæ est Quinta? *Propria civitatum imitantur.*
Quid notandum de voce *Domus?*
Quid de voce *Humi?*
Quid de voce *Belli & Militiæ?*

Cap. VIII.

De Constructione Infinitivorum.

Quot traduntur Regulæ de Constructione Infinitivi?
Quæ est Prima? *Cùm duo Verba conjunguntur.*
Quæ est Secunda? *Post Verba Sensuum, Affectuum.*
Quid hic observandum?
Quæ est Tertia? *Post verba volendi.*
Quæ est Quarta? *Casus sequens Infinitivum.*
Quæ hic sunt notanda?

Cap. IX.

De Constructione Impersonalium.

Quot traduntur Regulæ de Constructione impersonalium?
Quæ est Prima? *Interest & refert cum pertinere.*
Quid hic observandum?
Quæ est Secunda? *Miseret, Misereſcit.*
Quæ est Tertia? *Decet, Dedecet, Delectat.*
Quid hic observandum?
Quæ est Quarta? *Cætera Impersonalia Activæ.*
Quid notandum de Verbis *Libet, Licet, Liquet?*
Quæ est Quinta? *Impersonalibus annumerantur.*

Cap.

Cap. X.

De Constructione Participiorum, Gerundiorum, & Supinorum.

Quot traduntur Regulæ de Participio?
Quæ est Prima? *Participia imitantur.*
Quæ est Secunda? *Participia cum in Nomina degenerant.*
Quæ est Tertia? *Duo Ablativi consequentiam.*
Quid hic notandum?
Quot traduntur Regulæ de Gérundiis?
Quæ est Prima? *Gerundia regunt casum.*
Quid hic notandum?
Quæ est Secunda? *Gerundia in DI sequuntur.*
Quid hic notandum?
Quæ est Tertia? *In DO Gerundia sequuntur.*
Quæ est Quarta? *Gerundia in DUM.*
Quæ est Quinta? *Gerundia in DUM cum necessitatem.*
Quot traduntur Regulæ de Supinis?
Quæ est Prima? *Supina priora regunt casus*
Quid hic notandum?
Quæ est Secunda? *Supina posteriora construuntur.*

Cap. XI.

De Constructione Adverbiorum.

Quæ traditur Regula de Adverbiis? *Adverbia subjiciuntur.*
Dic Observationes de Adverbio cum Nominibus in Regimine casuum.

1. *Ad-*

1. *Adverbia Derivativa plerumque primitivorum.*
2. *Adverbia comparativi gradus.*
3. *En Nominativum & Accusativum.*
4. *Adverbia Copiæ.*
5. *Quædam Adverbia Loci & Temporis.*
6. *Ut, pro Sicut.*
7. *Longè & multò aliàs comparativo.*
8. *Duæ Negationes.*

Dic observationes de Adverbio cum Verbis in regimine Modorum.

1. *Cùm* wenn / *ut & ubi, simul.*
2. *Cùm* als *vel* do.

Quid hic notandum?

3. *Dum* Indem / do / oder dieweil.
4. *Dum & Donec pro Quamdiu.*
5. *Dum & Donec pro Quoad.*
6. *Quoad* So lange / so fern.
7. *Quoad* So lange / biß.
8. *Ut pro postquam.*
9. *Postquam nullâ dictione.*
10. *Antequam & Priusquam.*
11. *NE Adverbium prohibendi.*
12. *NE Adverbium jurandi.*
13. *NÆ per diphthongum.*
14. *Optandi & imprecandi Particulæ.*
15. *NE, AN, Num, Utrum, Cur, Quare, Quamobrem, &c. cum sunt Interrogantis.*

CAP.

Cap. XII.

De Constructione Conjunctionum.

Quæ traduntur Regulæ de Constructione Conjunctionum?
Quæ est Prima? *Conjunctio aut similes.*
Quid hic notandum?
Quæ est Secunda? *Conjunctiones Causales.*
Quid hic notandum?
Quæ est Tertia? *Post Verba Timendi.*
Dic nonnullas observationes de Conjunctionibus.
1. *Cùm Particulæ TANTUM ABEST,*
2. *Cum, pro Quod* daß.
3. *Cùm, pro Quoniam* dieweil.
4. *Quia, Quoniam, Quando.*
5. *Ergo, pro Causa.*
6. *Si, Sin, Siquidem, Ni, Nisi.*
7. *Etsi, Tametsi, Etiamsi.*
8. *Quamvis, Licet, Ut.*

Cap. XIII.

De Constructione Præpositionum.

Quot traduntur Regulæ de Constructione Præpositionum?
Quæ est Prima? *Præpositio inservit.*
Quæ inserviunt Accusativo? *Ad, Apud.*
Quæ inserviunt Ablativo? *A, Ab, Abs.*
Quæ est Secunda? *In, Sub, Super & Subter.*

Quan-

Quando inserviunt Accusativo?
Quando Ablativo?
Dic Observationes de Præpositionibus?
1. *Præpositiones interdum.*
2. *Clam etiam cum Accusativo.*
3. *Tenus Græcorum imitatione.*
4. *Procul interdum.*
5. *Præpositiones quando amittunt.*
6. *Præpositiones interdum etiam.*

Cap. XIV.

De Constructione Interjectionum.

Dic observationes de Constructione Interjectionum.
1. *Multæ Interjectiones.*
2. *Heu & Væ Dativum.*
3. *Vah & Ah regunt.*
4. *Hem & Heu Dativum.*
5. *Heus & ohe.*
6. *O Exclamandi Particula & Prob.*

Cap. XV.

De Constructione Figurata.

Quid est Constructio Figurata?
Quot sunt Figuræ Præcipuæ?
Quid est { Evocatio? / Zeugma? / Syllepsis?

Nume-

Quid est Syllepsis { Numerorum? / Generum? / Generum altera? / Personarum? / Casuum?

Quid est { Prolepsis? / Synthesis? / Synecdoche? (N. Numeri? G. Generis?) / Antiptosis? / Enallage?

Quid hic notandum?

Recita aliquot { Ellipses. / Græcismos? / Poëtica. / Plenonasmos.

Cap. XXV.

De Naturali ordine Constructionis.

Quis ordo pueris in retexendâ oratione sequendus est?
Da exemplum.

Cap. XXVI.

De Distinctionibus vel Interpunctionibus orationis.

Quid est Distinctio?
Quot sunt ejus notæ?
Quid est Comma?
Quid est Semicolon?
Quid est Colon?

Qu id est punctum Finale?
Qu id est signum Interrogationis?
Qu id est signum Exclamationis?
Qu id est signum Parentheseos?
Qu id est signum Diæreseos?
Qu id est signum Connexionis?

LIBER IV.
DE PROSODIA.
Cap. I.
De Syllabarum omnium Quantitate in genere.

Quid est Prosodia?
Quid est Syllaba?
Quomodo Syllabæ dividuntur?
Quot modis cognoscitur omnium Syllabarum Quantitas in Genere?
Quomodo cognoscitur Positione?
Positio quid est?
Dic Exceptionem de Muta cum Liquida?
Quid præterea in positione notandum?
Quomodo cognoscitur Quantitas Syllabarum Diphthongo?
Quid hic notandum?
Quot Regulis cognoscitur omnium Syllabarum Quantitas in Genere?
Quæ Prima? *Contractio &c.*
Quæ Secunda? *Apostrophus &c.*
Quæ Tertia? *Monosyllaba &c.*

Quæ

Quæ excipiuntur?
Quæ Quarta? *Præterita duarum &c.*
Quæ Quinta? *Præterita Principium &c.*
Quæ Sexta? *Præteritorum non dissyllab. &c.*
Quæ excipiuntur?
Quæ Septima? *Supina duarum &c.*
Quæ excipiuntur?
Quæ Octava? *Tempora Verborum.*
Quæ Nona? *Voces quædam &c.*
Quæ Decima? *Nomina propria &c.*
Quæ Undecima? BI & TRI *in Comp. &c.*
Quæ Duodecima? *In Verbis Desiderativis &c.*
Qvæ Decima tertia? *Variatio Significationis &c.*
Quomodo cognoscitur Quantitas omnium Syllabarum Exemplo vel Authoritate?

Cap. II.

De Primæ & Mediæ Syllabæ Quantitate in Genere?

Quod modis primæ ac mediæ Syllabæ Quantitas cognoscitur, præter eas rationes, quas modo enumeravi?
Quomodo Vocali ante Vocalem?
Quæ excipiuntur?
Quomodo Derivatione?
Quæ excipiuntur?
Quæ corripiuntur à primitivis longis derivata?
Perfidus atque fides &c.

Quæ Producuntur à primitivis brevibus derivata?
Junior & vocis.

Cap. III.

De Syllabarum Quantitate in specie.

De Primâ Syllabâ.

Prima Syllaba tripliciter in specie cognoscitur.
Quomodo cognoscitur Præpositione?
Quæ excipiuntur?
Quomodo cognoscitur Compositione?
Quomodo cognoscitur Resolutione?

Cap. IV.

De Quantitate Mediæ Syllabæ.

Media Syllaba quot modis in specie cognoscitur?
Dic Regulas de Compositione Mediarum Syllabarum?
Quid est Accentus?
Dic Regulas de Accentu?
Quid est Diminutio?

Cap. V.

De Quantitate ultimæ Syllabæ.

Dic Regulam de Quantitate ultimæ Syllabæ cognoscenda ex incremento?
Quæ excipiuntur?
Dic Regulas de Qantitate ultimæ Syllabæ cognoscenda ex terminatione?

Dic

Dic Regulas de terminatione,
- A.
- E.
- I.
- O.
- U.
- Y.
- C.
- B. D. T.
- L.
- M.
- N.
- R.
- AS.
- ES.
- IS.
- OS.
- US.
- YS.

Cap. VI.

De Pedibus.

Quid est Pes?

Quot sunt Pedes?

Quot sunt pedes syllabarum { duarum? / trium? / quatuor?

Cap. VII.

De Usitatioribus Carminum Generibus.

Usitatioria Carminum Genera apud Latinos quot sunt?

Carmen Heroicum quot constat regionibus?
Quid hic observandum?
Pentametrum quot habet regiones?
Adonicum quot constat regionibus?
Anapæstium quot constat regionibus?
Sapphicum quot constat regionibus?
Phalæcium quot constat regionibus?
Quid hic observandum?
Jambicum Carmen quid est?
Quod sunt species Carminis Jambici?
Quaternarium }
Senarium } quot habet regiones?
Octonarium }
Quid hic notandum?
Choriambicum Carmen quot constat regionibus?
Glyconicum quot constat pedibus?

Cap. IIX.

De Cæsuris.

Quid est Cæsura?
Quæ Cæsuræ potissimum observandæ?
Quid est Pentemimeris?
Quid est Heptemimeris?
Quid hic notandum?

Cap. IX.

De Figuris Poeticis.

Quid est Prosthesis & Aphæresis?
Quid est Syncopa & Ephenthesis?

Quid

Quid est Apocope & Paragoge?
Quid Systole & Diastole? Quid est Antistœchon?
Quid Metathesis?
Quid Tmesis?
Quid Diæresis?
Quid Synæresis?
Quid Anastrophe?
Quid Ecclipsis & Synalœphe?
Quid præterea de neglectâ elisione observandum?
Dic Differentias quorundam Vocabulorum?
Annus quot habet { Menses? / Septimanas? / Dies?
Dic quatuor anni tempora.
Dic Anni Æquinoctia & Solstitia.
Quæ sunt Festa immobilia per totum annum?
Dic versus de Calendario Romano.
Dic Versus de numero dierum cujuslibet mensis.

FINIS.

TRACTATUS DE ELEGANTIA IN COMPOSITIONE OBSERVANDA, EX VARIIS AUCTORIBUS, MAXIMAM VERO PARTEM EX TABULA ANDREÆ REIHERI CONCINNATUS.

Elegantia Compositionis consistit partim in ipsarum vocum 1. Situ seu collocatione. 2. Repetitione. 3. Variatione. Partim observatione figurarum Etymologicarum: vel Syntacticarum.

DE SITU SEU COLLOCATIONE.

QVod ad situm attinet, habenda est in oratione ratio Principii, Medii & Finis.

Et quidem in principio observandum, ut

1. *Obliqui casus orationem inchoent*, ut: Ciceronem Oratorum Principem esse, nemo est, qui ignoret.

2. *Adjectiva nomina Substantivis præponantur*, ut jucunda est boni viri familiaritas.

NB. *Excipe nomina Numeralia*, ut: Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium caritates *Patria una* complexa est.

3. *Substantiva Comparativis & Superlativis præmittantur*, ut: Dignitas amplior, Utilitas summa.

4. *Substantiva Pronominibus Adjectivè præponantur*, ut: Honor meus, observantia ista, satias me jam tenet studiorum istorum.

5. *Relativum cum suo verbo in eodem casu, quo aliàs antecedenti præmittatur*, ut: Quam mecum colis amicitiam multi laudant pro: Amicitiam, quam mecum colis, multi laudant.

6. *Præpositiones*, cum, & penes, *Pronomini Relativo*, Qui, Quæ, Quod, *junctæ postponantur*, ut: Habes, quibus cum familiariter conferre queas. De illo autem, quem penes est omnis potestas, nihil video. Cic.

DE MEDIO ORATIONIS.

In Medio Orationis Elegantiæ Studiosus observabit:

1. *Inter Adjectivum & Substantivum, unam aut plures dictiones scitè poni*, ut: Bona adolescentis indoles, Ingentem ex literis tuis percipio lætitiam. Vera justitiæ laus. Malum, quo plerique delectantur, otium.

2. *Genitivum à dictione regente interdum ornatè separari*, ut: Multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem virtus admirabilis est.

3. *Concinnam esse locutionem, si inter Adjectivum Pronominale, & Substantivum interjeceris aliud quippiam,*

piam, ut magna sunt tua in me merita. Labore mihi tuo utilitatem paris.

4. *Vocativum, ſicubi occurrit, poſt unam atque alteram vocem convenienter poni*, ut: Te, mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, ut omnia Laminæ negotia mea putes eſſe. Cic.

5. *Duo, plurave Pronomina pulchrè ſibi ſine medio ſubjungi*, ut: Venio à fratre tuo, ipſe tibi commendat.

6. *Accuſandi caſum, quem Infinitivus à fronte habet, eidem elegantius poſtponi*, ut: Quod non reſcribo, contemni te putas.

7. *Inter Nominativum & ſuum Verbum eleganter poni aliam ſententiam, quaſi Parentheſi incluſam*, ut: Sapientia, quæ plerisque contemnitur, eſt omni auro pretioſior.

8. *In allegatione Authoris alicujus ſententiæ, vocula*, inquit, *concinnius poſt primum, ſecundum, vel tertium verbum ſubjici*, ut: Terentius: Obſequium, inquit, amicos, veritas odium parit.

9. *Præteritum Perfectum, ac inde formata Tempora, in Verbis Paſſivis ac Deponentibus ſcitè uſurpari ita, ut Verbum* Sum, Es, Est, *aliquo intervallo à Præterito ſejungatur*, ut: Multis ſum magnisque beneficiis condecoratus. Nihil decretum à Senatu eſt.

10. *Inter particulas*, Ne quidem non ſolum, Non tantùm, non modo, Sed etiam, *pulchrè adhuc interſeri*, ut Momo quidem diſplicet; non culpâ tantùm vacat, ſed dignus quoque laude eſt.

11. *Composita*, Magnopere, Maximopere, Summopere, Tantopere, &c. *pulchrè dividi in voces simplices, illisque aliquid interponi*, ut: Viri boni amicitia maximo me opere delectat.

12. Antequam, Priusquam, Postquam, *Oratores dividere, inque medio aliquid interjicere*, ut: Nullas à me antè accipies literas, quàm nuntius redierit: Coturnices antè veniunt, quàm grues: Omnia prius experiri verbis, quàm armis, decet.

13. *Præpositiones plerasque inter Adjectivum & Substantivum scitè locari*, ut: Multis de causis: Magna per pericula.

14. *Conjunctionem causalem*, UT, *veluti & voces*, SI, NISI, CUM, DUM, NE, CUR, QUI, QUÆ, QUOD, *in medio orationis ante Verbum benè collocari*, ut: Ad me ut venias, rogo. Id si præstiteris, laudaberis.

DE FINE ORATIONIS.

In fine orationis Elegantiæ Studiosus porrò observabit:

1. *Adjectiva*, OMNIS & NULLUS, *Substantivis venustius postponi, quàm præponi*, ut: Virtus omnis: Vitium nullum: Majus mihi beneficium potes dare nullum: Amicitiam fortunis antepono omnibus.

2. *Comparativis & Superlativis benè claudi orationes*, ut: Repentina omnia videntur graviora. Ne me obtundas hâc de re sæpius. Amicitia, quâ te prosequor, est maxima.

3. Ora-

3. *Orationem Verbis, & quidem Polysyllabicis eleganter finiri*, ut: profecto fortuna in omni re dominatur.

4. *Quando plura vocabula coacervantur, significantiora semper in ultimum rejici locum*, ut: Vituperavit, flagellavit, trucidavit.

5. *Cum quid per partes aut ordinem enumeramus, pro*, Primo Primùm: *pro* Secundo Deinde *pro* Tertio Adhæc, *pro* Quarto, Posteà, Præterea; *pro* Ultimo Denique vel Postremo *non ineleganter poni*, ut: DEus nobis primùm diligendus est, deinde patria, postea Parentes, postremo amici.

6. *Particulis* QUID & QUOD, *rem majoris ponderis quam præcessit notari, & sine medio venustè poni*, ut: In logicis oppidò rudis est, quid? quod ne nomen quidem proprium declinare novit.

DE ELEGANTIA COMPOSITIONIS IN REPETITIONE.

In repetitione Elegantiæ Studiosus observabit

1. *Vocem unam semel atque iterum repetitam, splendorem ac pondus orationi addere*, ut: Amicitia nihil dulcius, nihil suavius, nihil hominis libertate dignius.

2. *Quoties una & eadem vocula in oratione eâdem bis ponenda venit, fieri illud concinnè sine ullo medio*, ut: Amore amor, ut clavus clavo truditur: par pari referto, calliditate callidtas vincitur.

3. *Vocabula derivata benè sibi invicem: quam proximè*

ximè ſubjungi, ut: Facile fuit Juſtitiam juſtiſſimo viro defendere.

4. *Pulcrè duas voces prope idem notantes conjungi*, ut: Tandem aliquando: diu multumque: omne quicquid.

5. *Voculas duas, contrariam habentes ſignificationem, melius immediate conjungi*, ut: Doctis indocti melius vulgo videntur dicere; neceſſitudo etiam timidos fortes facit.

DE ELEGANTIA COMPOSITIONIS IN VARIATIONE.

In Variatione Studioſus Elegantiæ obſervabit.

1. *Adjectivâ*, Multus, plurimus, modicus, major, tantus, quantus, aliquis, quis, hic, ille, *in neutro genere venuſtè efferri, adjectivo Subſtantivo, in Genitivo caſu*, ut: multum laudis, hoc virtutis, illud laudis.

2. *Adjectiva quoque quædam ſcitè mutari in ſubſtantiva, ſubſtantivo illo altero in Genitivo caſu adjecto*, ut pro: Multa pecunia, dico, multitudo pecuniæ, Item, pro: Doctæ & Elegantes ſunt tuæ literæ, dico docta eſt elegantia tuarum literarum.

3. *Formulas in quibus eſt Relativum*, QUI, QUÆ, QUOD, *& Verbum præſentis, præteriti, vel futuri temporis pulchrè efferri, ita ut Relativum omittatur, & Verbum in Participium mutetur*, ut: redama (eum qvi) te (amat) amantem. Compara tibi divitias (qva ſemper durabunt) duraturas.

4. *Pro-*

4. *Pronomen*, Qui, Quæ, Quod, *eleganter multum uſurpari, pro* Secundum *vel, Pro*, ut: Incultæ, meæ orationi, quæ veſtra humanitas eſt, (ſecundum humanitatem veſtram: vel, pro humanitate veſtra) facilè, puto, ignoſcetis.

5. *Cum tria Verba Activa concurrunt, copulâ adjectâ, unum mutari in Participium, alterum verò in Gerundium, idque lepidiſimè*, ut: Cicero à primis annis oratoriæ facultati (vacavit &) vacans multos eloquentiæ patrocinio ſervavit (ac) incredibili ſua virtute (peroravit) perorando.

6. *Cum duo activa verba uni Nominativo per Conjunctionem copulantur, pulchrè prius in Participium mutari, adjectâ copulâ*, ut: Jugurtha Adherbalem (excruciat &) excruciatum necat.

7. *Orationem Indicativi & Subjunctivi modi, præcedente* CUM, DUM, POSTQUAM, *& ſimili, lepidè in dues Ablativos mutari, alterum Nominis, alterum Participii*, ut: (poſtquam libertas Patriæ oppreſſa eſt) Libertate Patriæ oppreſſâ, nihil eſt, quod ſperamus amplius.

8. *In oratione Paſſivâ præfixam habente vocalem*, CUM, DUM, SI, QUANDO, &c. *non ſine ſplendore particulas ejusmodi abjici, & ejus verbum in Participium Præteriti temporis mutari*, ut: (ſi interrogaris) Interrogatus reſponde, (qvando Invitaris) Invitatus veni ad nuptias.

9. *Verba motum ad locum ſignificantia; ut ſunt*: Venio, Curro, Propero, Feſtino, &c. *aut cum priori*

Supi-

Supino, aut Gerundio, aut Participio Futuri temporis mutari poſſe, ut: Venit (ut eripiat Virginem) ereptum Virginem, ad eripiendam Virginem, eripiere Virginem, erepturus Virginem. Properat (ut profundat) profuſum, ad profundendum, ad profundenda, profundere, profuſurus bona ſua.

10. *Futurum Paſſivum, Infinitivi Modi, venuſtè poni pro Participio Futuri temporis Paſſivo in* DUS, *& Verbo* ESSE, ut: Æſtimavi me nunquam à te ludibrio) lædendum eſſe) læſum iri; Spero operam non (ludendam eſſe) luſum iri.

11. *Cum Verbo* CURO, *Elegantius poni Participium Futuri paſſivi in* Dus, *quàm Verbum Modi Infinitivi*, ut: Negotia mea, quàm tua prius conficienda curato. Librum tuum tibi curabo reddendum.

12. *Poſt* CURO, VOLO, NOLO, MALO, CUPIO, & Oportet, *Venuſtius & rectius poni participium Paſſivum Præteriti temporis, quàm Infinitivum Verbi Activi*, ut: Jam jam, ubi ubi erit, inventum tibi curabo. Ter Ad 2. 2. Adoleſcenti morem geſtum oportuit. Ter.

13. *Poſt* Spero, Credo, Puto, Affirmo, Suſpicor, &c. *Participium Futuri Temporis* FORE *vel* Futurum *ſcitè poni*, ut: Spero (me tibi probaturum eſſe amicum) fore, ut me tibi probem amicum.

14. *Loco Verborum* Cupio, Volo, Deſidero, Intendo, Debeo, *cum particulis* SI *vel* CUM, *Eleganter, uſurpari Participium Futuri Temporis adjecto* SI *vel* DUM, ut: (Si cupis ſcribere) Scripturus carmen lege Virgilium.

15. *Quan-*

15. *Quando in familiari colloquio verbum* PRECOR *aut* ROGO, *cum Verbo Conjunctivi Modi, interjecta Vocula* UT *ponitur, ſcitè ex Conjunctivo fieri Imperativum,* QUÆSO *in Orationis mediò ponendo*, ut: (Rogo, ut abſtineas) Abſtine quæſo.

16. *Formulas*, Non eſt opus, Oportet, Non oportet, Quid eſt opus? *Venuſtè permutari cum hiſce;* Non eſt qvod, Nihil eſt qvod, Quid eſt qvod? ut: Non eſt (opus) quod mihi prolixe agas gratias. Nihil eſt, quod me invites.

17. *Quando Germanice dicimus*, Ich geſchweige/ denn/ *Latinos adhibere loquendi modum: Tantum abeſt, ut:* Tantum abeſt, ut fratrem tuum lethaliter vulneraverim, ut ne manu quidem ipſum attigerim.

18. *Si Adverſativam*, SED, *in antecedente commate præcedat Negatio, pro* NON *eleganter dici* ADEO NON, *ac pro*, SED, UT POTIUS, ut: Parentes non ſunt contemnendi, ſed honorandi; Hæc formula elegantius exprimitur hunc in modum: Parentes adeò non ſunt contemnendi, ut potius maximè honorandi veniant.

19. *Voculas*, Propter quem, quam, quod: *aut* Ob quem; *Ornatè mutari* in CUR, QUARE, QUAMOBREM, ut: Quam affers cauſam (propter quam) cur, vel quamobrem, non reſcripſeris.

20. Æquè *pro* Tam, *&* Ac *vel* Atque, *pro* Quam, *non ſine gratiâ uſurpari, ut:* Nihil (ità, tam, adeò) æquè deſidero, (quàm) atque bonam famam.

21. *Pro* Tamdiu, Donec, *non ſine Venere poni.* Tantiſper dum, ut: (Tam diu) Tantiſper ipſe diſcas, (donec) dum docere alios poſſis.

22. Quo *per* Quanto, & Eo, *vel* Hoc, *pro* Tanto, *eleganter uſurpari*, *ut :* Quo quis indoctior, eò impudentior. Quo te magis amo, hoc plures ad te ſcribo literas.

23. Ut pote, quippe, *&* Ut *ante Relativum* Qui, Quæ, Quod, *erudite locari, & pro* Quia *vel* Quoniam *uſurpari, ut :* Non eſt huic habenda fides (quoniam) quippe qui bis pejeravit. Eraſm.

24. *Particulas* Ac *&* Atque, *uſitatius, quam* Et *inter polyſyllaba vocabula poni, ut :* Juſtitiam atque libertatem tuam amici pariter ac inimici ſuſpiciunt atque mirantur.

25. *Particulam* Què *tùm venuſtare orationem, cum voci indeclinabili annectitur, ut :* Diu multumqve, ultro citroque.

De
ELEGANTIA COMPOSITIONIS IN OBSERVATIONE FIGURARUM, TAM ETYMOLOGICARUM, QVAM SYNTACTICARUM.

In Figuris Etymologicis habenda eſt ratio Antimeriæ & Enallages.

DE ANTIMERIA.

In Antimeria (quâ pars orationis ponitur pro alia) Elegantiæ Studioſus notabit.

1. *Vocem* Alius, *pro* Quam *ſcitè poni*, ut : Aliud dicis (quam) aliud ſentis. Aliud vis, aliud poſtulas.

2. *Pronomen* Is *eleganter poni pro* Talis, ut : Non is (talis) ſum, quem contemnere debeas. Eum te præſta, ut lauderis ab omnibus.

3. *Ab-*

3. *Ablativum* Quî, *pro* Quomodo *non inscitè usurpari*, ut: Qui vales; Qui scis patrem venisse suum.

4. In quantum, *pro* Veluti, *si ponatur, non sine elegantiâ dici, ut*: In quantum intelligo, pro: Veluti intelligo.

5. Nemo, *pro* Non *Personis adjunctum concinnè dici, ut*: Nemo Vir magnus sine afflatu divino unquam fuit.

6. Quid *pulcrè poni pro* Cur, *vel* Quare, ut: Quid majora sequar? Quid tu solito es tristior?

7. Quod *Sequente* Si, *vel* Nisi, *eleganter poni pro* Sed, ut: (si vero) Quod si tibi res cum eo sit, quo cum mihi est, tùm sentias. Quod ni (nisi verò) fuissem incogitans.

8. *Beneficio Verbi* Posse, *vitari voces* Possibile, & Impossibile *à Cicerone non usurpatas, ut*: (Impossibile) Fieri non potest, ut recta ingrediatur cancer.

9. Sic, & Perinde: *interdum venustè poni pro* Talis: *quemadmodum in redditione* Ut *pro* Qualis. e. g. Sic vita erat. (Hæc bona perinde, (talia) sunt, ut (qualis) illius animus. Ut tute es, ita omnes esse censes.

DE ENALLAGE.

In Enallage, qua vox unius partis, pro aliâ ejusdem eleganter ponitur, Studiosus elegantiæ observabit:

1. *Loci nomen eleganter pro Gente, & vice versâ poni, ut*: Italia tota hæc loquitur. Ad Italos profectus est.

2. *Interdum Nomen Proprium (vel Subjectum) pro*

Appellativo (vel Adjuncto) Emphaticè poni, ut: Omne tempus Clodios (Viros improbos) fert, non omne Catones (Viros probos.) Irus & est subito, qui modo Crœsus erat. Sic, Arte Plato, Vitâ Cato, Tullius ore.

3. *Festivitatis, modestiæ, adulationis, & contemtus ergò diminutivum poni pro primitivo, ut:* Meum ingeniolum, corculum, homuncio.

4. *Vocem* Primus *pro* Optimus, Secundus *pro* Proximo, Extremus *pro* Deterrimo *sæpe & ornatè dici*, ut: Primus est, qui sibi ipsi sapit: Secundus, qui alteri obedit. Extremus, qui nec sibi ipsi consulere potest, nec benè monenti obsequitur.

5. *Vocem* Alienus, *pro* Alius *non ineleganter dici, ut:* Aliena (aliorum) bona ne diripias.

6. *Abstractum pro Concreto, & contra, non sine gratiâ poni, ut:* Ignosce (mihi tardo) meæ traditati.

7. *Adjectiva*, Grave & Leve, *usurpari pro* Magno & Parvo, ut: Grave Periculum: Levis consulatio.

8. *Vocem* Superior *pro* Præcedente: proximus *pro* Futuro convenienter dici, ut: Superioribus diebus: proximâ luce.

9. *Voces* Superior, & Inferior, *non illepidè dici tum, quando Comparationis excessus vel defectus notatur, ut:* Cicero Cæsare fuit (eloquentior) eloquentiâ superior. Cicerone Cæsar eloqventiâ fuit inferior.

10. Quod Genus, Hoc Genus, *venustè dici, pro* Cujusmodi, Hujusmodi, ut Cic. Horum ætati successit Isocrates, qui præter cæteras ejusdem generis laudatur semper à nobis.

11. Re-

11. *Relativum quidem, interdum cum antecedente Subſtantivo in eodem caſu poni, attamen ita ut cum Verbo vel Adjectivo ſequente non conſentiat, ut:* Quas dediſti literas, fuere gratiſſimæ. Quas feci nuptias, non ſunt veræ.

12. *Poſt*, Si, Sive, Nisi, Ne, Cum, &c. *Elegantius poni* Quando, *quàm* Aliquando; Quis *quàm* Aliquis, ut: Si quis (Aliquis) quid (aliquid) reddit, magna habenda eſt gratia.

13. Est *pro* Licet, Ornate *uſurpari*, ut: Videre eſt.

14. Teneor *pro* Debeo *eleganter dici*, ut: Omnes boni publici Studioſi eſſe (debemus) tenemur.

15. *Ad modeſtiam ſignificandam pro* Volo *uſurpari* Velim, ut: Ita velim (volo) me promerentem ames.

16. *Verbo Defectivo MEMINI, licet de præterito ſit ſermo, apud Ciceronem & Plautum, aliosque probatos Authores addi infinitivum Præſentem, ut:* Memini me videre, errare, pro Vidiſſe Erraſſe.

17. *Adverbium Quantitatis* Bene, *venuſtè poni pro Adverbiis Interponendi*, Valde, *vel* Multum, &c. ut: Sermo benè longus. Tempes benè multum.

18. *Superlativis, ut & aliis vocibus, VEL pro ETIAM, pulcre adjungi*, ut pro hac formulâ: Literæ tuæ, non ſolum magno, ſed etiam maximo mihi fuerunt gaudio? dicendum: Literæ tuæ mihi vel maximo fuere gaudio; Per me vel ſtertas licet.

De
FIGURIS SYNTACTICIS videlicet
De
ELLIPSI & PLEONASMO.

In Ellipsi quâ aliquid venustè omittitur, Elegantiæ Studiosus observabit.

1. *Voces* Sufficiens, Par, Idoneus, & Accommodatus, *nonnunquam scitè omitti, ut:* Oneri huic non sum ferundo, Non est solvendo.

2. *Voces VERBA & VIA Adjectivis* paucis, Multis, Pluribus, Rectâ, Brevi, *venuste detrahi solere, ut:* Paucis te volo. Rectâ ad eum pergo.

3. *Pronomen* Qui, Quæ, Quod, *cum Verbo* Est, *aut aliis interdum Verbis, omisso antecedente aut Nomine, aut Pronomine, eleganter efferri, ut:* Est (aliquis) qui te cupit alloqui. Sunt qui te volunt conventum.

4. *Post Verba*, Necesse Est, Oportet, Volo, Nolo, Malo, Peto, Rogo, Quæso, Præcor, &c. *Verbum Conjunctivi Modi sine* UT, *pulcre poni, ut:* Facias id necesse est, I. oportet: Malo venias; Nolim me jocari putes.

5. *Quando in domestico sermone Positivo adjungitur* Valde, *vel* Multum, *politioris sermonis Studiosos, ejus Positivi usurpare Comparativum, abjectâ vocalî*, Valdè *vel* Multum, ut: Dein Schreiben iſt mir ſehr lieb / Lîtere tuæ fuere mihi jucundiores, Senectus natura loquacior est.

In Pleonasmo (quo aliquid eleganter redundat) Elegantiæ Studiosus observabit.

1. *Verbis sensuum sensus instrumentum lepidè addi,*

di, *ut*: Hisce oculis vidi; auribus audivi, manibus palpavi.

2. Id Quod *Pronomina simul juncta pro* Quod, *vel* Quæres, *cultè dici ut*: Diem consumi volebant, id quod factum est.

3. *Pronomen* Is *Post copulam non sine Elegantiâ, quasi in declaratione præcedentis vocis vel clausulæ poni, ut*: Alexander superavit Darium, & id in Adolescentia Unam tantùm à te accepi Epistolam, & eam, vel eamque, brevem.

4. *Reciprocum* Sibi, Suo *junctum, venuste quoque abundare; ut*: Suo sibi hunc gladio jugulo. Ter.

5. Quis, Quæ, Quid, *vel* Quod, *& casus inde ductos, non sine ornatu cum Verbo* Nescio, *collocari, ut*: Has literas, nescio quas, boni consule. Vidi Adolescentem, nescio quem, ante ædes tuas. Dedi nescio cui, literas. Susurravit ipsi, nescio quid, in aurem.

6. *Splendidam fieri orationem, si idem Verbum quod in præcedenti clausula ponebatur, per Conjunctionem* Autem *vel* Porro *repetatur*, ut: Veni ad me, quàm primum poteris, poteris autem facilè. Cui qvidem non minus faveo, quam diligo: porro tum diligo effusissimè, tum faveo impensissimè.

7. *Quando duo, vel plura verba conjunguntur, tunc participium à priori factum convenienti casu Eleganter sequenti præmitti*, ut: DEUS creavit hominem, creatum servat, servatum salvat.

8. Ut ne, *pro* Ne non *infinitè poni, ut*: Id ut ne fiat, hæc res sola est remedio.

9. *Pronomini* Qui, Quæ, Quod *in oratione inter-*

terrogativam particulam Ec, *cum venustate præfigi, ut:* Ecquis est, qui me vult conventum? Ecqvid tandem aliqvando fiet?

10. Non contemnendas quoq; has geminationes. Etiam atque etiam. Jam jamque. Magis magisque. Plus plusque, ut: Cic. Pompejum pluspluspque diligo.

11. Adverbiis loci, Hic, Illic, Istic, Ibi, Ubi, Ubicunque, Ubivis, Alibi, *haut, inscitè adjici Genitivum* Terrarum, *vel* Gentium, ut: Ubicunque Terrarum. Ubivis gentium.

12. Particulam, TANDEM, *post interrogandi vocem venuste locari, ut:* Cur tandem ad me non scripsisti, ex quo à nobis abiisti?

13. Graviorem reddi orationem, si interrogandi formulæ inseratur, Magne Deus, Deus bone, &c. ut: Qvantam, bone Deus, voluptatem ex amicitia nostra capio!

14. Adverbiis, ut & Nominibus cum particula NE, *id est*, NON *Compositis venustè adjungi quoque vocem eam simplicem, ex qua composita est, ut*: Nunquam vos unquam cognovi. Nusquam te usqvam ridere potui.

15. Nec quicquam *scite poni pro* Nihil, ut: Nec in orbe quicquam est, quod labori non sit pervium.

16. Pronomen ILLE *cum Conjunctione* QUIDEM *lepidè poni, ut:* Qui summum bonum in Virtute ponunt, præclare illi quidem, sed hæc ipsa Virtus amicitiam & gignit & continet.

17. Indignandi formulis venustè inseri vocem MALUM, ut: Quæ, malum, est ista effrenata tua impudentia impurissime? Quid tua, malum, id refert?

FINIS.


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0383
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0384
DFG

4. *Pronomen*, Qui, Quæ, r multum *usurpari, pro* Secundum *vel, Pro* meæ oratione, quæ vestra humanitas es umanitatem vestram: vel, pro humani lè, puto, ignoscetis.

5. *Cum tria Verba Activa co* adjectâ, *unum mutari in Participium, a* Gerundium, *itaque lepidissimè*, ut: Cice is oratoriæ facultati (vacavit &) vacan ntiæ patrocinio servavit (ac) incredibi eroravit) perorando.

6. *Cum duo activa verba u* per Con*junctionem copulantur, pulch* rticipium *mutari, adjectâ copulâ*, ut: Ju lem (excruciat &) excruciatum necat.

7. *Orationem Indicativi &* di, *præcedente* CUM, DUM, POST li, *lepidè in duos Ablativos mutari, al* alterum *Participii*, ut: (postquam oppressa est) Libertate Patriæ oppressâ, peramus amplius.

8. *In oratione Passivâ præ* voculam, CUM, DUM, SI, QUANDO *splendore particulas ejusmodi abjici*, in *Participium Præteriti temporis mut* rrogaris) Interrogatus respondè, (quand tatus veni ad nuptias.

9. *Verba motum ad locum* ut sunt: Venio, Curro, Propero, Festi um priori Supi-

the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.
Patch Reference numbers on UTT
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11 10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
mm Inch
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746589670/phys_0385
DFG